

ingeritur ex adulterio, propter quod sequitur in decreto, ut sit facultas Clericis renitendi, si se viderint gravari; & quos ingeri sibi viderint ex adverso, non timeant resistere. Præterea cum Sedes Apostolica Caput omnium Ecclesiarum existat, & R. Pontifex iudex sit ordinarius singulorum, quando de ipsa quis assumitur in Prælatum alterius, ei posse objici non videtur, propter capitis privilegium, quod obtinet plenitudinem potestatis, quod de alia Ecclesia eligatur, cum a capite membra reputari non debeant aliena. Item cum post appellationem emissam, ut non fieret electio, quia talis appellatio nulla foret, sed ut fieret canonica, dictus Archidiaconus Theatinus cum suis favoribus chorum existisset, & vos illos, ut interessent electioni faciendæ vobiscum, curassetis sollicitè revocare, quoniam ad electionem faciendam accedere noluerunt, alienos se fecisse videntur; propter quod electioni a vobis concorditer celebratæ de iure non posse contradicere videbatur; præsertim cum idem Archidiaconus postea requiritur responderet, quod in præsentia nostra vellet suum ei præbere consensum, & ideo cum secundum statuta Later. Concilii, app. remota semper id debeat prævalere, quod a pluribus & sanioribus fuerit ordinatum, nisi forte a paucioribus & inferioribus aliquid rationabile obiectum fuerit & ostensum; & a vobis celebrata electio, tamquam a majori & saniori parte, non obstante contradictione, vel appellatione paucorum, debebat, & poterat rationabiliter confirmari, cum id quod obiectum exiit & ostensum, rationibus præmissis appareat rationabile non fuisse. His tamen allegatis, quamquam contra personam illius, quem elegistis, nihil ostensum fuerit vel obiectum: quia tamen verbum Apostoli dicitur: Nemini cito manus imponas, debemus attendere, diligenter ad ea, quæ circa personam inquirenda fuerant, duximus ex officio nostro (sicut decuit) procedendum. Et quia cum tria sint in persona electi præcipue requirenda, videlicet ætas legitima, morum honestas, & literaturæ sufficiens; licet de honestate electi, tamquam ei, qui nobiscum est aliquandiu laudabiliter conversatus, possumus ipsi laudabile testimonium præbere: illius quoque literaturæ, licet non eminentis, tamen convenientis existat, ut pro defectu scientiæ (sicut plenus intelleximus ab his, qui eum melius cognoverunt) ab electione non deberet excludi, de legitima tamen ætate plene scire non potuimus veritatem, de qua nec vos (ut accepimus) aliquid cogitastis: & cum a multis, cuius ætatis existere, curaverimus indagare, a nemine unquam audivimus, quod annum trigessimum attigerit. Cum autem secundum prædicti statuta f. Concilii nullus debeat in Episcopum eligi, qui trigessimum ætatis annum non egerit, licet senectus venerabilis sit, non diuturna, nec annorum numero computata, sed anni hominis sint sensus ejus, & ætas senectutis vita immaculata: quia tamen post illa tria, quæ Salomon asserit difficilia, quartum quasi reputet impossibile, viam videlicet viri in adolescentia sua, tamquam investigari non possit; nos Ecclesia pariter & personæ providere volentes, & tam rationes, quam canones observare, habito super hoc cum fratribus nostris diligenti tractatu, quia propositum vestrum providum intelleximus, & ideo propter urgentem necessitatem, & evidentem utilitatem Ecclesiæ Capuanæ, quam in hac parte potius approbamus, volumus ipsam firmiter perdurare, præsertim Subdiaconum nostrum de communi fratrum consilio vobis in procuratore committimus, liberam administrationem ei tam in spiritualibus, quam in g. temporalibus committentes. Quapropter discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, atque precipimus, quatenus eum suscipientes humiliter & devote, ipsi curetis plenarie de spiritualibus & temporalibus respondere, ut & ipse profectum & honorem Ecclesiæ Capuanæ valeat studiosius procurare, & dilectionem, quam vos ad eum habere proponitis, in exhibitione operis experiri. Speramus enim in Domino, quod sicut ei dedimus in mandatis, taliter in commissis sibi procuracione proficiet, quod sibi salutem, vobis utilitatem, & nobis comparabit honorem. Datum Laterani.

NOTÆ.

- 1 a **C**apitulum. Ita legitur in ipso Codice epistolæ Innocentii. Colonia editio, pag. 425. ex quo litterarum textus restituitur, sed legendum est, Archiepiscopo, ut habetur tam in hac, quam in tertia collectione, ubi sup. hoc tit. cap. 4. reperitur textus hic. De Ecclesia Capuanæ legi in textu antecedenti.
- 2 b **In Canone.** Ut tunc de altera Ecclesiæ eligi valeat Prælatus; iure enim communi ex propria congregatione sumi & eligi Prælatus debet, c. 1. ubi probavi, hoc tit. Consuetudine etiam introducta potest, ut de aliena Ecclesia Prælatus eligatur, c. cum dilectus, de consuet. c. 25. n. 1.
- 3 c **Remotior.** Vulgare axioma deducitur ex lege si quis in conscribendo, c. de pænis, l. si quis in conscribendo, c. de Episc. & Cleric. quod variis limitationibus exponit Balboa in c. 1. de foro compet.
- 4 d **Manum imponas.** Verba sunt Apostoli ad Timotheum, cap. 1. quæ referuntur in cap. miramur 6. dist. cap. quod est manus, 78. dist. ex quibus evincitur, ante legitimum ætatem non esse aliquem sacris ordinibus initiandum.
- 5 e **Scire non potuimus.** Inde ob negligentiam diei natalis innumera jurgia, & perniciosa mortalium seditiones sæpe eveniunt; probari autem ætas potest, vel aspectu corporis, l. minor 42. ff. de minor. l. si minor, ff. si tutor, vel curat. l. si alicuius, C. si minor se majorem, testibus l. novissima, C. de liberatis causis; natali professione, etiam si matre fiat, l. etiam penult. ff. de prælat. l. non nudis, C. de precibus, l. 1. C. si minor, l. 2. de excess. tutor. de qua professione aliqua adducunt Costanus de spons. sol. 74. Narbona de stato, anno 1. q. 1. & communiter fit ex libris parochialibus, ubi scribantur regeneratorum nomina.
- 6 f **Statuta.** Concilii Later. de quo in c. cum in curiis, supra hoc tit.
- 7 g **Temporalibus.** Hæc verba etiam occurrunt in textu antecedenti, ubi adduximus rationem, quare Archiepiscopus Capuanus in temporalibus etiam administraret.

COMMENTARIUM.

**E**X hac diffusa epistola sequentem communiter repetentes deducunt assertionem: Appellatione interposita, ne electio nisi canonice fiat, si sequatur electio canonica, valida est, si vero appellatur, non hoc modo fiat, & contra celebratur, nulla est. Probat textus in c. consideravimus, c. cum inter, hoc tit. c. dilecti, de suspens. neglig. c. 1. c. circa, c. quatuor 10. hoc tit. in 6. c. 1. de appell. Illustrat ultra congestos a Barbosa in præfati, Covar. præf. q. 24. n. 5. Julius Laborus de elect. c. 19. n. 120. Lancell. de attentatis 2. p. c. 12. limit. 5. Salgado de protest. Reg. p. 3. c. 8. late de reformatione bullarum 3. p. c. 8. Lezana tom. 3. verbo appellare. Fragolo de regim. Christ. resp. p. 1. l. 8. dist. 24. §. 41. Thom. Sapch. lib. 3. consil. c. unico, dub. 32. Hieron. Garzia tom. 2. polit. regul. diff. 6. rr. 9. dub. 3.

Hæc tamen assertio difficilis redditur sequenti consideratione, nam ab eo, quod facit major pars Capituli, non li-

cet appellare; nec si tali appellationi deferatur, inducitur attentatum, c. 2. c. ex ore, de his, quæ sunt a Præl. in factum a majori parte, non obstante appellatione exequendum est, d. c. 1. ibi: Appellatione remota prævalere semper, & sicut consequatur effectum, quod a majori & saniori parte Capituli fuerit statutum. Et d. c. ex ore, ibi: Nos attendentes sibi de iure non potuisse competere, ut per appellationem ob id interpositam communem ordinationem Ecclesiæ impeditet. Quod adeo procedit, ut etiam in continentem operatur causa probatio, non admittitur appellatio, ut docent in d. c. 1. immola totum. 1. n. 2. Innocent. n. 3. quos sequuntur Azevedo ad Curiam Pisanam l. 2. c. 4. n. 12. Salgado de protest. p. 2. c. 13. n. 228. igitur si in præfati textu appellatio interposita fuit a minori parte, cum electio celebrata esset a majori, non debebat admitti. Accedit, nam ex alio capite appellatio superflua interposita fuit in præfati casu; nam appellatio ne electio fiat nisi Canonice, frustratoria est, quia vel electio celebrata fuit Canonice, & cum non sit contra appellationem facta, nihil operatur appellatio; vel sit minus canonice, & tunc electio nulla est ipso iure, c. cum in curiis, c. quia diligentia, c. quia propter, hoc tit. ergo frustratoria fuit appellatio, de qua in præfati casu. Augetur secundo hæc difficultas, nam si appellatio, de qua in præfati vires habuit, sive interposita ne nisi Canonice electio fieret, sive ut hoc vel illo modo celebraretur, quidquid post appellationem admissum fuerat, ut attentatum revocari debebat, c. si a iudice, de app. l. 6. quidquid enim post appellationem attentatum fuerit, nullum est ipso iure, cap. significante, c. Rodolphus, de refer. c. 1. cum vulgatis, de appell. ergo quocumque modo appellaret minor pars Capituli Capuani, quidquid postea attentatum fuerat, nullum debebat declarari.

Qua difficultate, etsi gravi, non obstante, vera est præfata decisio, pro cujus explicatione sciendum est, appellationem duplicem esse, unam judicalem, aliam extrajudicalem, ut docent Abbas in rubrica de appell. n. 3. Petr. Greg. lib. 50. synag. c. 2. n. 5. Rebuffus in tract. de appell. in præfati, Pax in præfati, 6. p. in proem. n. 8. Azevedus & plures ab ea relati in rubric. tit. 18. n. 4. l. 4. recipit. Judicialis dicitur, quæ in iudicio interponitur, & quadrupliciter a Doctoribus consideratur, videlicet antejudicialis, intrajudicialis, judicialis, & postjudicialis. Antejudicialis dicitur, quæ ante litem contestationem interponitur, c. significasti, 22. c. Rodolphus 35. de refer. Intrajudicialis, quæ post litem contestatam ante finem iudicii fit, c. 1. de dilat. ut quæ ab interlocutionibus interponitur, c. ut debitis 59. de appell. Judicialis dicitur, quando a sententia definitiva appellatur. Postjudicialis, quæ interponitur ab executione, l. ab executione 4. ff. de appell. l. ab executione 5. C. quorum appell. c. considerationi 15. de re iudic. Extrajudicialis vero appellatio dicitur ea, quæ ab actibus extrajudicialibus interponitur, quos quis gravatur, vel gravamen sibi inferendum esse suspicatur, ut in electionibus, prescripctionibus, & similibus, cap. confirmatus 23. in fin. de appell. cap. conversationi 8. ced. tit. lib. 6. quæ omnia extrajudicialia sunt, cap. cum inter, hoc tit. cap. consist. 41. cap. ut circa, eodem tit. lib. 6.

10 Appellatio quocumque.

Marescot. l. 1. variat. c. 31. n. 30. Salgado, plura inde ad praxim relevans, de protest. Regia 2. p. c. 12. Et hæc extrajudicialiter procedente in danda alique possessione, vel spoliatione; vel a privato gravamen aliquod inferente, veluti in electione non solum facta, verum faciendâ, c. Ecclesia 48. hoc tit. ut si de persona non idonea fiat, c. congreg. 53. hoc tit. vel contempto eo, qui provocat, c. bone 36. hoc tit. vel ne procedatur ad electionem sine consensu totius Capituli, sive vocatis absentibus, c. audita 27. hoc tit. ne ille, vel ille eligatur, c. inter 21. hoc tit. c. qui contra 20. eod. tit. in 6. vel nisi Canonice fiat electio, c. cum nobis 19. hoc tit. quibus in casibus eligentium potestas suspenditur, c. cum nobis 19. de elec. progressiva ipsi electionis impeditur, c. quod sicut 28. hoc tit. Hæc autem appellatio extrajudicialis frequenter interponitur, cum quis suspicatur aliquod gravamen sibi esse inferendum in electione seu presentatione; quo casu fieri debet protestatio in publica forma eligenti, vel adversario, quam nos appellamus vulgo *requiritamentum*, ne videatur ad electionem procedatur, aliquæ præsentetur, infirmatur, seu in possessionem mittatur, aliter ex tunc, tamquam a gravamine comminatio appellari, a futuro enim gravamine appellari potest, leg. in multis 25. C. de appell. cum vulgatis.

Secundo præmittendum est, post appellationem interpositam nihil esse innovandum, l. 1. c. per tot. C. nihil innovari appell. tendens. n. 1. ubi late dicam, de appell. Lancell. integro trad. de attentatis; quod procedit sive appellatio recepta fit, sive non sit admittitur; nam si recepta est, nihil innovata potest, ex eo quia recepta est, & per consequens suspensa jurisdictione iudicis a quo, c. ad hæc, c. inter eo, c. ut nullatenus 26. de appell. Si vero non sit admittitur, etiam non permittitur innovatio, ne præjudicium appellanti irrogaretur, interim dum per superiorem deciditur, an appellatio iuste interponatur, an invalide. l. unica, ff. nihil innovari. Lancell. de attent. 2. p. c. 15. n. 58. Covar. præf. q. 25. n. 1. Sententia enim per appellationem inspecto præfati statu extincta censetur l. 4. §. ff. ff. ad tuteliam, & si consideremus futurum litem eventum, suspensa dicitur, c. venientes de iocatore, tum etiam, nam si aliquid appellatione interposita innovaretur de iudice a quo, non solum in præjudicium partis fieret, verum etiam in contemptum superioris iudicis ad quem, ut docent Francus & Cardinalis in c. bone, §. 1. de appell. Unde quia post appellationem a iudice a quo innovatur, attentatum dicitur, & ante omnia remedia attentatum a iudice ad quem revocari debet, quare frequens est illa clausula in rescriptis imperatoris appellacionis causa: Revocato in irritum quicquid post appellationem interpositam attentatum, in irritum procedat. Docent & illustrant Donel. l. 28. comment. c. 9. Grillus 2. præf. c. 146. Gonzal. ad regul. 8. Gloss. 5. n. 176. Tufchus liti. A. concl. 375. & 376. Balboa, & communiter repetentes in c. 1. de appell.

Ex quibus velut manducatur rite nostra conclusio; nam si appellatio interposita sit, ne hoc, vel illo modo ad electionem electores procedant, electio contrario modo celebrata, ut attentata rescindatur, & revocatur, ex supra dictis; imo electores poenam suspensionis incurrunt, c. si postquam a quo, c. provida, hoc tit. in 6. si vero generaliter appellatum fuit, ne electio nisi canonice admittetur, electio canonice

celebrata sustinetur, quia non est contra appellationem, licet sit post eam celebrata; quod non est sufficiens in extrajudiciali appellatione, ut attentatum inducatur, ut dixi in c. consideravimus, hoc tit. Quare recte Pontifex in præfati decedit electionem in præfati specie post appellationem, non vero contra, celebratam valere, electumque litteris pollentem, legitimamque aetatem habentem, admittendum esse ad Episcopatum.

Nec obstat difficultas supra adducta, quia quod in ea dicebamus, procedit, cum major pars Capituli rationabiliter, & secundum juris tramites statuit, minor vero pars irritationem, non ratione, sed propria voluntate ducta, tunc enim appellationem vocem erumpit, ut electionem distaret, tunc enim appellationem remota major pars procedere valet ad electionem absque eo, quod ut attentatum rescindatur. Nec obstat appellationem interpositam in nostro textu, ne nisi canonice procederet, frustra interponi. Cui difficultati, omnia solutio Innocent. in præfati dicendum est, appellationem interpositam, ut nisi canonice electio fiat, non esse frustratoriam, quia utilis est, ut electio annullaret perviam attentati iudicis officio, quam per viam ordinariam, agendo ad nullitatem electionis, ut docet Butrius in præfati, in 22. Nec obstat augmentum difficultatis, cui satisfaciendum est discernimen constituendo inter appellationem judicalem, & extrajudicalem; licet enim post appellationem judicalem omnia quocumque modo attentata revocentur, tamen in appellatione extrajudiciali illud tantum revocatur, quod contra ipsam appellationem factum est, videlicet contra expressum articulum, a quo fuit extrajudicialis appellatio interposita, iuxta text. in c. cum sit Romana, §. vero, de appell. docent Lancell. de attent. l. 3. c. 12. limit. 3. Cov. præf. c. 74. n. 5. extrajudicialis enim appellatio tantum est quædam provocatio, quæ non suspendit jurisdictionem ejus a quo interponitur, sed tantum in eo articulo, de quo specialiter est appellatum. Unde cum in nostro textu agatur de appellatione extrajudiciali, recte asseritur, quod nisi contra ipsam appellationem electio celebrata sit, ut attentata revocari non potest, ut dixi in cap. consideravimus, infra.

Obstat supra traditis text. in c. confirmasti ab. de appell. ubi asseritur interposita ab electione appellatione, posse electum possessionem acquirere, & remedia attentatorum possessionem non revocari; igitur etiam post appellationem interpositam licet ad electionem procedere. Cui difficultati, omnia traditis a Balboa in c. 1. de appell. n. 47. dicendum est, possessionem in eo textu iuste adeptam fuisse, & defendi posse duplici ratione. Prima generali, quæ docetur ab executione appellationem non admitti, c. novis 43. hoc tit. leg. ab executione, ff. de appell. leg. ab executione 5. C. quorum appell. late docet Salgado de protest. 4. p. c. 1. cum segg. Alia speciali ratione, quia licet a confirmatione electionis appellari possit, c. cum nobis 19. de elec. cap. concertationi, eod. tit. l. 6. pluribus referat Garcia 1. 2. polit. rr. 9. dist. 6. dub. 2. tamen post confirmationem ab investitura, seu institutione appellari non valet, c. ut circa, de elec. in 6. ne diu Ecclesia pastore destituitur; unde cum in d. c. confirmasti, appellatio esset interposita post confirmationem, appellatio postea adeptæ remedio attentatorum revocari non potest. Docet Pet. Gregor. l. 5. part. tit. 15. c. 2. liti. 7.

13 Respondeo, cur diff. irritatio-cultribus.

14 Responditur, c. confirmasti, de appell.

C A P U T XX.

Idem a Cantuariensi Episcopo.

**I**nnotuit nobis olim, tam per litteras tuas, quam quorundam Suffraganeorum tuorum, & dilectorum filiorum Prioris, & Conventus b. Vvignoniensis Ecclesiæ, quod eadem Ecclesia destituta e Pastore, dicti Prior, & d. Conventus dilectum filium Magistrum M. Eboracensem e Archidiaconum in Pastorem animarum suarum unanimiter elegerunt; & cum ejus tibi fuisset electio præsentata, f. confirmationem usque in adventum ipsius, qui g. absens eligebatur & incensus, distulisti, qui tandem, quod fuerat factum audito, ad præsentiam tuam devotus accessit, & præter opinionem omnium, qui nihil ob stare credebant, quin statim concors, & canonice deberet electio confirmari, spontanea tibi, & b. secreta confessione i monstavit, quod conscientia ejus aliquantisper ex natalibus esset laesa, & quod ad tantæ dignitatis apicem præter indulgentiam Apostolicæ Sedis nolle aliquatenus promoveri proposuit, etiam si promoventem benignum & facilem inveniret. Tu autem, sicut vir providus & discretus, intellecta conscientia ejus, noluisse proinus ad confirmationem procedere, sed nobis rei seriem per tuas infirmas litteras, & per eas ipsius Magistri merita & conscientiam commendasti, Capitulum autem ejusdem Ecclesiæ, quare per te fuisset electionis confirmatio protelata, se ignorare per litteras suas nobis transmissas exposuit, & tam petiit per Sedem Apostolicam confirmari, præsentato nobis decreto electionis subscriptionibus eligentium roborato. Quidam tamen Suffraganeorum tuorum, quod per tuas litteras videbatur obscure aliquantulum innuisse, per suas litteras in aliquibus expresserunt, asserentes eum filium fuisse cupidam militis, & ab eo ex quadam ingenia, & non conjugata susceptum. Interim vero idem Magister ex insperato ad præsentiam nostram accessit, & quod nobis de nativitate ipsius per litteras aliquorum Suffraganeorum tuorum fuerat intimatum exposuit, & adiecit, quod nunquam pater ejus habuerat uxorem, sed matrem ejus virginitatem florem subripuerat quasi furtum, quo facta ipsa infra quadringentium a nativitate ipsius matrimonium contraxit: Nos ergo cum fratribus nostris habito super hoc diligenti tractatu, relictis l. canonicis, quosdam inventimus, qui non legitime genitos promoveri vetant ad officium Pastorate, causam trahentes ex lege divina, per quam spurii, & manzæque usque ad decimam generationem in Ecclesia Dei prohibentur intrare. Invenimus etiam m. alios, qui undecumque genitos non prohibent ad sacros Ordines promoveri, dummodo sibi merita suffragentur; asserentesque, quod culpa parentum non est filii n. imputanda. Et ad hoc probandum inducuntur, quod Dominus noster Jesus Christus non tantum ex alienigenis, sed etiam o adulterinis voluit communionibus nasci, qui esset Sacros in æternum secundum ordinem Melchisedech. Hi etiam divine Scripturæ videntur inniti, quia dicitur: Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filii. Per quam antiquum videtur proverbium removeri, quod inter filios Israel dici solebat: Patres comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obtupefuerunt. Quidam vero ad concordiam discordantia revocantes, repugnantiam canonum prædictorum

rum quodammodo sopire videbantur, dicentes, quod illegitime geniti, si p. religio fuerint, aut in conubiis, aut in canoniis convertati, a sacris ministeriis minime revocentur: & inter illegitime genitos, quidam asserunt, eos solos a sacris officiis prohibendos, qui paternam incontinentiam imitantur: & ita quocumque auctoritate divina legit imiti, qua dicitur: q. Ego sum Deus zelotes, visitans peccata patrum in filios usque in tertiam, & quartam progeniem in iis, qui oderunt me gratis; quasi dicant, in iis, qui circa me paternum odium imitantur. Verum Canon Conc. Later. a bonae memoriae Alexandro Papa praedecessore nostro editus in Synodo generali, primis concordans canonibus, non solum tales vetat in Episcopos promovendi, verum etiam eligibilibus talem personam penam infligit, imo ipso facto eandem penam asserit incurrisse; ut secundum hunc canonem, lata sententiae esse videatur, cuius tenor talis est: Ne videlicet, quod de quibusdam pro necessitatibus temporis factum est, in exemplum trahatur a posteris, nullus in Episcopum eligatur, nisi qui de legitimo matrimonio sit natus. Circa finem subiungens: Clerici sane si contra formam istam quemquam elegerint, & eligendi tunc potestate privatos, & ab Ecclesiasticis beneficiis triennio se noverint esse suspensos. Sane praedictus canon, qui non per eum, qui canones non noverit antiquos, sed per illum, qui plene noverat canonicas sanctiones, in Concilio multorum Jurisperitorum est editus, & ipsius approbatione Concilii roboratus, natis de non legitimo matrimonio omnem videtur in Episcopos promovendis aditum praclusisse. Cum id etiam ad consequentiam trahi prohibeat, quod pro necessitate innuit prioribus aditus esse factum; licet nihil amplius, quam necessitas dispensantem ad dispensationem inducat. Praeterea electionem talium innuit nullam esse, dum in penam statuit electorum, ut tunc eligendi potestate se noverint esse privatos; quod nihil esset, si tunc non occurreret electio facienda: quod fieri non potest priori electione, feci etiam nominatione durante. Ex quo patet, electionem huiusmodi per ipsum canonem irritam, Quamvis autem esset canon iste non legitime genitos fortius prosequatur, nobis tamen per eum adempta non fuerit dispensandi facultas, cum ea non fuerit prohibentis intentio, qui successoribus suis nullum potuit in hac parte praedictum generare, pari post eum, imo eadem potestate succursus, cum non habeat potestatem par in parem; sed ea tantum fuerit mens ipsius, ut quia ex eo, quod aliquando ex dispensatione pro necessitate temporis factum fuerat, quidam gratiam in licentiam extendentes, & inde fumentes exemplam, se licite credebant eligere tales, & indifferenter huiusmodi eligebant, cum talia fieri prohiberet, unde gravem electoribus penam inflixit. Deliberavimus tamen cum fratribus nostris, utrum in tali casu, & cum tali persona deberemus misericorditer dispensare, vel juris potius servare rigorem. Invenimus enim a bonae memoriae Urbano Papa praedecessore nostro in casu multo difficiliore cum Cenomanensi dispensatum electo, qui fuerat filius Sacerdotis; & Legionensi Episcopo, qui post consecrationem suam humiliter fuerat, & sponte confessus, quod fuisset ex matre non legitima procreatus, quam parer vivente uxore propria cognovisset. Sed idem Urbanus prohibuit, ne id quasi pro regula in posterum ad consequentiam traheretur. Videbatur enim, quod quia cum illegitime natus fuisset aliquando dispensatum, & ex certa causa forsitan in posterum dispensandum, in hoc casu debere ceteris dispensatio indulgeri, illi persona videlicet, quae minus imperfectior, plus perfectionis habeat. Multa enim in hoc casu dispensationem inducere videbantur, litterarum scientia, morum honestas, vita virtus, & fama persona multipliciter a quibusdam etiam ex fratribus meis, qui cum in scholis cognoverant, approbare. Faciebant etiam ad id non modicum concursus Capituli Vigornienensis electio, petio populi, assensus Principis, votum tuum, & humiliter devoto consentiens, quod sponte, & humiliter suum maluit confiteri delictum, quam laesa conscientia thronum ascendere pastoralium. Habito ergo super hoc cum fratribus nostris diligenti tractatu, intelligentes Vigornienae Capitulum eundem Magistrum non humiliter postulasse, sed improvide elegerat, cum ad obtinendum dispensationis beneficium procedendum fuisset non per electionem inhibitam, sed per postulationem praesentiam, electionem ipsam praedicti canonis auctoritate casam denuntiavimus irritam, & inanem, parentes non modicum Vigornienae Capitulo, quod eis non penam insulam expressam canone supra dicto, nec probare cogimus ignorantiam, quam allegant: quamvis post casationem huiusmodi nobis a multis fuerit humiliter supplicatum, ut propter causas praedictas dignaremur cum eo misericorditer dispensare, cum ad dispensandum in talibus nullus de casus habilius posse offerri: qui tamen praedicta Capitulo liberam facultatem eligendi, vel postulandi volumus reservare, supplicationem huiusmodi, quae nomine Capituli non fiebat, cum non ad postulandum dispensationem, sed petendam confirmationem ipsius Capituli & nuntii fuerit destinata, ad praesens non duximus admittendam, decernentes irritum & inanem, si quid super ordinatione ipsius Episcopatus ante susceptionem litterarum nostrarum fuerit attentatum. Volumus igitur & mandamus, quatenus per Cantuariensem Provinciam ex parte nostra facias districtius inhiberi, ne quod de multis in eadem Provincia (quod sine pudore non dicimus) ordinate noscitur esse factum, de cetero contra formam praescriptam nullatenus attentetur. Sed si Vigornienae Capitulum eundem Magistram propter praerogativam meritorum ipsius duxerit postulandum, postulationem ipsius apud Sedem Apostolicam praesentare procuret.

NOTAE.

**A** Reliquis. Ita etiam legitur in tertia collectione sub hoc tit. c. 5. idem, Stephano, qui temporibus Innoc. III. electus fuit in Archiepiscopum Cantuariensem. Hinc Vrestimoniaftrienfis anno 1207. hac scribit: Innoc. III. postquam Monachis Cantuariensibus, ut eligerent Stephanum de Longtona, natione Anglium, virtus profundi pectoris, elegantem corpore, moribus praestitum, apertum & sufficientem, in quantum temporis est, universalem Ecclesiam gubernare: & Regi Francie delegationem episcopalem direxit, ut ipsum natione Anglium, scientia & moribus incomparabilem, Magistram Stephanum de Longtona, & eundem etiam, & consecrationem susciperet in Cantuariensem Archiepiscopum. De eo plura Polidorus Virgil. lib. 15. his. Angl. fol. 269. Richardus Smithens in floribus Angliae, lib. 2. c. 11. De Metropoli Cantuar. egi in c. 2. de scriptis.

**B** Vigornienfis. Inter alias viginti Ecclesias, quas ut suffraganeas habuit Archiep. Cantuar. quas post Bedam, Virgilium, & Candenum illius Regni Scriptores enumerat Petr. Greg. in c. non est nobis, n. 5. de spons. non inferioris dignitatis est Vigornienfis, cuius mentio fit in c. 4. & 8. de filii praeb. c. 5. de off. Archid. c. fin. de off. vicarii, c. 6. de translat. c. 1. de dilat. c. 10. de iur. c. 9. & 7. de appell. c. 2. de conse. nulli.

**C** Pastore. Quia decesserat his temporibus Joannes de Constanti, ipse Episcopus Praeful.

**D** Conventus. Ecclesiae enim Cathedralis olim frequenter regulares erant, atque earum Canonice regularem vitam profitebantur, ut de Ecclesiis Anglicanis refert Virgilius ubi sup. fol. 269. & late de aliis Ecclesiis diversarum Provinciarum Gabriel Pennotus in his. Canonis. regu.

**E** M. Archiepiscopum. Maugerum videlicet, qui iram metuens Joannis Regis, in quem sententiam excommunicationis a Pontifice latam declaraverat, in Galliam profugus decessit anno 1212. & licet fuisset Archiepiscopum Eboracensis, quia Praeful non erat, potuit eligi in Episcopum, nec necessaria fuit postulatio. De Eboracensi Ecclesia nonnulla adduxi in c. 4. de referipis.

**F** Confirmationem. Olim confirmatio Episcoporum ad Metropolitanos spectabat, c. 163. d. c. cum inter hoc tit. c. cum inter de translat. Episc. nisi R. Pontifex confirmationem sibi reservaret, ut in c. 3. c. nihil qd. hoc tit. & c. Affert. Certum est, absentem, & ignorantem posse eligi in Praefulum, & postea accedente eius consensu levi confirmationem, & licet, de translat. Episc. est aliquando statim Pontifex ipsam electionem confirmet, c. quanto, c. his agitur, 63. dist.

**G** Secreta. Non confessione auriculari, sive sacramentali; tunc enim non posset Archiepiscopus uti ea notitia ad impediendam confirmationem, quia sciret, ut Deus, non ut homo, c. 2. ubi dicitur, de off. ordin. c. omnia, §. caveant, de pascu. & c. remiss. ubi plura Balboe: sed confessione secreta extrajudiciali, quo modo accipiendi sunt text. in c. significavit, de adult. tertis, c. 1. de clerico per saltum.

**H** Monstravit. Licet cum agitur ad vindictam delicti, nemo teneatur se prodere, aut proprium reatum fateri, etiam si excommunicatione imposita sit, ut probant Gattier. l. 1. canonis. c. 11. Diana, Suarez & alii relati a Gibal. de censur. fol. 96. confess. 6. tamen si agitur de evitando peccato, aut averto damno, tenetur superior delictum aut defectum etiam occultum declarare; & si electus est, dispensationem petere. Samuel. de elec. r. 2. dist. 6. contrar. 3. Peyr. de Praeful. quae. 2. c. 5. n. 128. Castro Palao. 6. de censur. disp. 6. p. 2. Unde ordinandus tenetur manifestare vitium, aut defectum occultum. Glossa in c. non potuit, de renun. Majolus de regul. l. 4. c. 10. & l. 5. c. 32. n. 3. & qui vitium, aut defectum huiusmodi taceat, & deponi jubetur in c. ex pascu. tertis, 50. d. quod & ad commendatarios Ordinum Militarum expendit P. Mendo de Ordinibus Milit. disp. 3. q. 4.

**I** Commendavit. Ex serie decisionum huius textus probat Michael Rousellius l. 2. his. Ponzif. iuris, c. 3. n. 4. devolutum olim fuisse ad Sedem Apostolicam controversiam electionum Episcoporum, & variis exemplis probat.

**K** Ingenuus. Quae in praesenti opponitur conjugata, unde non potest accipi pro ea, quae statim a prima luce libera nata est; nam haec opponitur ancillae, aut libertinae, non vero conjugatae.

conjugatae. Existimo ergo Pontificem ingenuum appellare virginem solum, non uxoratum, quia ingenuus dicitur, qui suo ingenio vivit. Ovidius l. 2. comment. Donelli, c. 10. lita. Arnoldus Vinius in princ. Insti. de ingenuis, unde cum muliere fornicata, marito non subsistit, suo ingenio vivat, & plena libertate fruatur, dicitur ingenuus, ut in l. 5. de 6. tit. 1. l. 3. fornicat. dicitur mulier inupta, maritum non capello, id est, qui caput non velavit, sua libertate fruens, ut exponit Cabreus de Avenant. l. 1. de metu, c. 48. n. 11.

**L** Canonibus. Relati in c. 1. §. 6. d. c. 1. de filii praeb. m. Allos. Videlicet cap. Ovis, cap. manducantia, c. nasci, 56. dist.

**M** Impunita. Dico c. manducantia, d. c. nasci, c. non impunita, 1. q. 2.

**N** Adhuc. Cap. dominici, §. 6. d. c. cum in fine 8. l. 1. q. 4. p. Si religio. Urbanus II. in c. 1. §. 6. d. Conc. Pictaviense relatum in c. 1. de filii praeb.

**O** Ego sum Deus. Exodi c. 10. quae verba referuntur a Gratiano in l. 4. & exponuntur a Covar. l. 2. variis c. 8. & Alexander. Reperitur in c. cum in casu 7. hoc tit.

**P** Urbano Papa. Tam primum, quam secundum casum invenies in c. Cenomanens. §. leg. 3. §. 6. d.

**Q** Nuntii designati. Haec verba exposuit in e. nonnulli 27. §. de referipis.

COMMENTARIUM.

**EX** praesenti Innoc. episcopa talis communiter deducitur assertio: illegitimus in Episcopum eligi non potest. postulari autem valet, & cum eo ratione R. Pontifex dispensat. Probatur eam textu in c. 2. c. Cenomanens. cum leg. 56. d. c. cum in casu, hoc tit. c. nisi cum praed. de renun. c. ut filii, c. penulti. & §. de filii praeb. cap. per venerabilem, qui filii sunt legitimi. Conc. Avenacense temporibus Urbani II. apud Villium Malmesburiensem l. 4. de gestis Regis Angliae, c. 2. Mathieum Parisium in Villiam l. 2. ann. 1095. ibi: Quod non in Episcopum eligatur, nisi presbyter, aut diaconus, aut subdiaconus, & cui natalium dignitas suffragatur, nisi maxima necessitate, & licentia Papa. Illustrat ultra congehos a Barb. in praesenti, & de presb. Episc. l. 1. p. tit. 1. c. 5. §. 3. p. alleg. l. 1. n. 3. Dadius Alesford de Duchibus l. 2. c. 9. Nar. de censur. disp. 5. fol. 5. n. 12. Pet. Greg. l. 4. partit. tit. 2. c. 1. c. de benef. c. 35. Gibal. de irreg. c. 6. Claudius Espense ad d. Paulum l. 3. digest. c. 11. Saubay in Praeful. Cleric. p. 1. l. 6. c. §. 1. Tamb. de iure abbat. c. 1. disp. 5. q. 14. Samuel de elec. l. 2. disp. 6. contrar. 11. §. 12. Pelliz. r. 9. c. 1. 2. §. 3. Garcia tom. 3. polit. republ. r. 9. aut. 3. Lezana l. 2. v. illegitimi, Matrit. de Magist. l. 2. c. 17. n. 37. Gamb. de offic. Legati l. 7. n. 69. Cophinus l. 1. monast. tit. 3. n. 7. Alteserra hic.

Omissa generali dubitando ratione adducenda in c. 1. de filii praeb. valde difficilis redditur haec assertio sequentibus considerationibus. Prima ex eo nascitur, certum est enim, tantum esse vim matrimonii, ut filii antea geniti, & ex soluto & soluta suscepti, per subsequens matrimonium efficiantur legitimi, s. i. c. tantum, qui filii legitimi; unde per totalem legitimatorem habiles reduntur ad Episcopatus, & omnes dignitates obtinendas, excepta Cardinalia: probant Suarez ubi supra, Covar. de sponsal. p. c. 8. §. 2. Azor. p. 3. insti. l. 2. c. 14. q. 14. Landem. l. 2. de vetera monac. c. 17. Garcia de benef. p. c. 2. p. 2. relati a Nicolao Garcia de benef. 7. p. c. 2. Sed in nostro textu matrimonium fuit subsecutum inter mittem, & Rustinianum virginem desloratum, ut constat ex illis verbis: Quia factum est ipsa infra quadriennium matrimonium fuit subsecutum. Constat etiam tempore susceptionis filii parentes fuisse solutos, habilesque ad contrahendum matrimonium, ibi: Nuncquam pater uxor habuerat uxorem; & ibi: Virginitatis florem praeripuit: igitur Maugerius ab illis ex tali conjunctione susceptus, legitimatus fuit per subsequens matrimonium post quadriennium contractam. Secunda difficultas ex eo provenit; nam ex nostro textu constat, ipsam Maugerium tempore electionis in Episcopum reperiri Archiepiscopum in Ecclesia Eboracensi, ad quam dignitatem abique ulla dispensatione, quae ex textu serie continet, admissus fuerat: igitur ad Episcopatum etiam admitti valebat. Et si dicas dispensationem praefuisse, replicabo: ergo erat a Pontifice dispensatus, quoad dignitates Ecclesiasticas: igitur etiam, quoad Episcopatum. Tertia nascitur ex eo, nam est Maugerius in nostro textu aliqua egeret dispensatione, Archiepiscopus Cantuariensis, cui confirmandi facultas competeat, cum eo dispensare poterat: nam Archiepiscopus dispensat cum corpore vitiat, c. 1. de corpore vitiat, in defectu natalium, c. praeterea, de arat. & qualis, ergo similiter in defectu natalium, si necesse erat, in praesenti casu dispensare valebat.

Huius decisionis ratio in promptu erit, si animadvertamus, inter alios casus, ex quibus irregularitates contrahuntur, enumerari vitium originis, sive ut alii volunt, defectum natalium. Illegitimi enim ex quocumque coitu extra matrimonium procreati irregulares sunt, propter vitium originis, c. 1. §. 6. dist. c. inter, de excess. deat. cap. 2. ubi plura dabimus, de filii praeb. dicit Hugol. de irreg. c. 44. §. 1. Avila eod. r. 7. p. dist. 3. dub. 6. Gibal. eod. r. c. 3. q. 2. Majol. Covar. Suarez, & alii congeit a Leand. de irreg. r. 2. dist. 3. Cujus impedimenti ratio, licet primis Ecclesiae facultis non attenderetur, nisi constaret

in filios patris incontinentiam transisse, ut probatur ex cap. dominici 56. d. tamen Urbanus II. qui floruit post saeculum decimum Ecclesiae, statuit generaliter, Sacerdotum filios non posse ad sacros ordines ascendere, nisi in canoniis, aut cœnobiiis religiose probati fuerint conversati: postea tamen Patres Conc. Pictavi. hanc prohibitionem porterebant ad omnes filios illegitimos, tam naturales, quam spurios, cum eadem limitatione, videlicet nisi in Monasteriis laudabiliter fuerint conversati, cap. 1. de filii praeb. cuius prohibitionis rationes ibi afferemus. Etiam secundo est, neminem posse ad Episcopatum apicem ascendere, nisi prius minoribus, atque maioribus ordinibus fuerit initiatus, c. nullus, 61. d. c. sacerdotes, canoniam, & per tot. 62. d. cap. 1. de venent. in secunda collect. plura Ant. Aug. lib. 4. in epistol. tit. 6. Barb. de potest. Episc. alleg. 14. Petrus Bollo in economia, clas. 1. cap. 1. §. 4. Diana p. 12. r. 1. ref. 109. Cum enim character Episcopalis supponat characterem sacerdotalem, necessario ille, qui Episcopatus consecrandus est, debet esse prius Sacerdos, & in presbyteriali gradu constitutus, ut possit in Episcopum ordinari. Ex quibus dignoscitur vera decidendi ratio ad nostrum textum; nam cum illegitimus ob vitium originis sit irregularis, nec ad gradus ecclesiasticos possit admitti, consequenter nec ad Episcopatum, cum Episcopatus supponat habilitatem ad Presbyteratum, & qui non potest Presbyter ordinari, quomodo poterit in Episcopum eligi? Sed cum hoc impedimentum ex defectu natalium proveniens, sit mere ecclesiasticum, ex d. c. 1. §. 6. de c. 1. de filii praeb. dist. c. cum in casu, & Romanus Pontifex sit supra jus ecclesiasticum positum, & in jusque omnibus decisionibus valeat dispensare, cap. post, de concess. praeb. ideo illegitimus licet non possit eligi, postulari tamen valet a Romano Pontifice, ut cum eo dispense in praedicto defectu; postulator enim ille, qui propter aliquem defectum non potest eligi, ut dicimus in r. de postul. Praeful. Hoc iure urgente postulator fuit Gallfridus nobis Henrici II. Anglorum Regis; in Lincolnienfem Episcopum; & Theodoricus Praepositus Trevirensis Ecclesiae, ob vitium natalium, in Episcopum eisdem Ecclesiae postulator fuit apud Gregor. IX. ut referunt Albertus Grazius l. 3. Merop. c. 8. Vrestimoniaftrienfis n. 113. Alteserra de Duobus c. 9. Unde recte Innoc. III. in praesenti decidit, illegitimum non potuisse eligi in Episcopum Vigornienfem, cum electus irregularis ex defectu natalium, & electio nititur iure: postulari tamen cum potest, quia postulatio nititur gratiae; & R. Pontifex, qui est supra jus ecclesiasticum, potest cum eo dispensare, & habilem reddere ad Episcopatum.

Nec obstat prima difficultas supra perpena, cuius principium cum animadvertentem in Glof. ubi conjugata, in praesenti, Abbas, Holtienfis, & omnes antiquiores, docent in nostro textu Maugerium potuisse in Episcopum eligi, si eius parentes matrimonium contraxissent; non enim integram nostri textus legerunt, & iterarum ignorance sepe antiquiores misere laborant, qui ideo magis increpandi sunt, quod suis temporibus facile regestra, & epistoliarum antigrapha habere poterant, quibus hodie temporum injuria, & librorum inopia privamur. Omissa ergo antiquorum sententia, attenda integra huius textus, dicendum reor, ex dispositione Conc. Later. relata in d. c. cum in casu, non posse in Episcopum eligi illegitimum genitum, ne ad apicem dignitatum eveheretur ex libero coitu genitus; quare licet Maugerius per subsequens matrimonium, quoad alia legitimus haberetur, tamen quoad Episcopatus apicem, ut in nostro textu dicitur, quia genitus fuit illegitimus, non potest ex d. c. cum in casu, in Episcopum eligi, ut hodie etiam illegitimi nati, licet postea legitimi, non possunt Cardinales creati, Coelius in notit. Cardin. c. 9. ideoque signanter; & saepe saepe ait Innoc. Maugerium fuisse illegitimum genitum, quia impedimentum ex eo proveniebat, quia ex Concil. Lateranenfi illegitimus genitus in Episcopum eligi non poterat. Sed cum Raymundus omississet eam partem praesentis textus, ubi legitimum tenebatur & non fit alla decisio in iure canonico, in qua filii legitimi per subsequens matrimonium inhabiles declarantur ad Episcopatum; ideo communiter receptum est, illegitimum, & per matrimonium subsequens legitimum posse in Episcopum eligi. Azor. p. 3. insti. c. 14. q. 14. Basilus Pontius de matrim. l. 1. c. 11. n. 5. Suar. de censur. disp. 5. fol. 5. n. 10. plures relati a Barb. in c. tanta, qui filii sunt legit. n. 26. & de potest. Episc. alleg. l. n. 35. qui hanc partem omissam fuisse a Raymundo credit, quia tantum partis allegatio in ea continetur.

Huic assertioni adverfatur textus in c. 2. de corpore vitiat, ubi Archiepiscopus Cantuariensis potest cum illegitimo in Episcopum electo dispensare, ut ad Episcopatum admittatur, igitur similiter in nostro textu poterat Archiepiscopus Cantuariensis cum Maugero dispensare, ut in Episcopum Vigornienfem eligi posset. Huic difficultati facile responderet, si animadvertatur, in eo textu Archiepiscopus Cantuariensem non iure proprio, sed auctoritate Pontificia, ex potestate sibi delegata dispensare, ut constat ex ipsa textu serie: unde cum in nostro textu delegatio Pontificia non adfuerit, sed tantum iure ordinario, ut confirmaret electionem, Archiepiscopus procederet: ideo affirmatur necessarium esse Pontificiam dispensationem, ut illegitimus possit in Episcopum eligi.

CAPUT XXI.

a Idem b Januensi Archiepiscopo, & c Placentino, & d Bobiensis Episcopo.

Um inter dilectos filios Canonicos & Saonenfes super electione Pontificis quaestio verteretur, eligentium votis in diversa divisit, ad Sedem Apostolicam dilectus filius G. Subdiaconus Saonenfis, & I. procurator Capituli accesserunt, quibus venerabilem fratrem nostrum Albanensem Episcopum, & dilectum filium nostrum A. tituli S. g Marcelli Presbyterum Cardinalem dedimus auditores, in quorum praesentia Subdiaconus proposuit memoratus, quod cum septem essent Canonici Saonenfes, se in Capitulo receperunt de futura electione Pontificis tractaturi, ubi diversi a diversis nominati fuerunt, sed Archidiacono, Archiepiscopo, & Praeposito Assensu Praeposito nominantibus, fuit a praefato S. fortiter obviatum, afferente ipsum electum morbo epileptico laborare, pro quo alia vice fuerat tantquam inhabilis recusat; nec ad Ecclesiam aliam debere fieri transitum, donec reperiretur idoneus in Ecclesia Saonenfi. Et infra: Sed Praepositi Saonenfis spretis appellacionibus interpositis, Praepositum Assensum elegit, obiciente parte adversa, quod huiusmodi electio propter b appellaciones interpositas, & alia etiam obstacula non teneret. Et infra: Sed & civitatem idem Praepositi, & alii omnes egressi, exceptis Presbytero, & Subdiacono sapeditis, secum a sigillum eis ignorantibus detulerunt, & ad Mediolanensem Archiepiscopum accedentes, petierunt electionem, quam secerat & confirmari, licet a solo Praeposito & post appellacionem facta fuisset. Sed quoniam indebitis electionis processibus Archiepiscopo antea innovaret, petitioni eorum non anuens, quemdam de fratribus suis ad investigandum electionis processum Saonam direxit: sed cum testes producerentur coram eo, & postularet, ut nunquam ipsum pariter procurarent: pars adversa iudicium Archiepiscopum, altera vero Sedem Apostolicam invocavit: sed cum ad mandatum nuntii partes Mediolanum irissent Apostolos periturus ab Archiepiscopo, ut ad pacem redirent, fuerit monite diligenter, cuius arbitrio Praepositi se stare velle constanter asserunt, si hoc & ipsum faceret pars adversa; quod deliberato consilio praefatus Subdiaconus reprobavit. Post hac reversi ad propria, & demum ab Archiepiscopo evocati, Archiepiscopus pro parte altera de rato, ut dicebat, litteris praeiungit, ipse vero S. pro parte sua Mediolanum accessit, iterum ad eo in Archiepiscopum l compromisso: ipse habito fratrum nostrorum consilio, Magistrum B. Mediocen. Canonicum eis dedit in Episcopatum, & etiam confirmavit, quem in Saonenfi Ecclesia, praesentibus Clero, & populo Civitatis, adhibitis sollempnitatibus consecutus, electum publicè nuntiavit, cui Archiepiscopus, Praepositi Sedem Apostolicam provocante, consecrationis munus distulit impertiri. Et infra: Postquam igitur coram praefatis Auditoribus fuit super his, & similibus disputatum, qui nobis sufficienter ac fideliter ea retulerunt; quoniam de ipsis nobis non potuit fieri plena fides, causam ipsam vero docuimus examini committendam, discretioni vestrae per Apostolica scripta mandantes, quatenus cum constet electionem de Praeposito memorato a majori, & saniori parte Capituli celebratam, fuisse publicam etiam, & subscriptam, si dictus Praepositus eidem electioni consentiret, ut per mutuum consentum eligentium, & electi quasi vinculum in conjugale spiritualiter sit contractum, nisi sufficienter sit ostensus eundem Praepositum morbo epileptico laborare, super quo contra ipsum dicit appellatum; vos non obstante appellacionis objectu, si qua forsitan ex aliis causis superioris memoratis proponitur interposita; cum ex his qua coram nobis allegata fuerunt, eas appellaciones certa ratione frivolas reputemus, electionem ipsius nostra fidei auctoritate, sublato cuiuscumque contradictonis, & appellacionis obstaculo confirmemus, non obstante quod post talem electionem a praefato Archiepiscopo proponitur esse factum, etiam a partibus in eum fuerit compromissum; cum electores a tali electione sic nequiverint resistere. Quod si electores illius non compromiserint in Archiepiscopum memoratum, & dictus Praepositus nondum electioni factae consentiret, eo tamen consentire volente, dummodo a morbo sit immunis objecto, vos electionem ipsius nihilominus confirmemus.

NOTE.

a Idem. Ita legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 6. sed loco ipsius verbi Placentino, legendum est Papiensi; quod manifestum fit, si observetur Placentinam Ecclesiam esse Ecclesiam Cathedralis suffraganeam Archiepiscopi Bononiensis, cuius originem, & progressum refert Ughellius 2. 2. Italia sacra, fol. 244. eius mentio fit in c. Cum causam 6. de iuramento calunniae, c. fraternitatis 17. c. cum causam 37. de rebus, c. 4. de decimis: qua Ecclesia cum admodum distet a Januensi, & Bobiensis, non poterat causa Episcopatus Saonenfis committi Praefato Placentino, valde remore ab aliis duobus iudicibus. b Januensis. Civitas vulgo Genua dicta, sita est in Italia Provincia juxta mare, ubi incipit Apenninus mons: aliquando dicitur Genua, aliquando etiam Janua; ut notant Atlas Major in eius descriptione, Petrus Bizarus in historiae Genuensis, l. 1. in prin. Dicitur Genua ab aliquibus a genu, quia habet recurvam, tamquam genu a latere maris; vel a Genuo Saturni filio eius conditore, ut probat Jacobus Barcellus in Liguria descripta. Januam alii appellant a Jano Italorum Rege, a quo conditam esse existimant, & probant Navicentis, & Vvillhelmus eius Scriptor, Anonymus de Armenis, contra Spondanum pro ipsa Civitate. Genuensem Ecclesiam Episcopalem, in Archiepiscopalem, & Metropolitanam crevit Innocentius II. ut ex ejus actis constat, relatis a Bolquetio ad Innocentium, 3. epist. 158. ibi: Genuensem vero Episcopum a subjectione Mediolanensis emanavit, & specialem de novo Metropolitanam Sedem Apostolicam Episcopum constituit, cui Bobiensem Episcopum, & Portuense Abbatem, quem creavit Episcopum, obediunt praecepit. Huius Ecclesiae mentio fit in c. 3. de rebus cogendis, c. illud, de processibus, c. quemadmodum 25. de iuratu, c. ad hoc 30. de appellat. c. per soleras, de donat. inter, ubi notabimus. c Papiensis. Papias Infubria clarissima Civitas, ad flumen Ticinum sita est: eius descriptionem tradunt Volaterranus l. 1. Geographia, Hier. Vossius in anal. Papiensi, & ex illis Ughellius l. 1. Italiae. Jam a primis saeculis Cathedralis Episcopalem habuit, nullius Metropol. arbitrio parentem, sed tantum R. sed subjectam, variis privilegiis decoratam. Hormisdas Pontifex usum Pallii Papiensibus Episcopis concessit. Joannes VIII. potestatem gestandi crucem fecit: alii Pontifices huius vocandi ad Synodum Archiepiscopos Mediolanen. & Ravennat. concesserunt, ut ex Baronio notat, & refert Ughellius ubi supra. Rodoaldo huius Ecclesiae Episcopo missa est praefata decisio.

Januarii, Episcopi Sede jam diu fuit decorata, ut refert Georg. Leander in vita historia. c Saonenfi. Saona, sive Saona, est Civitas inter Januam, & Mediolanum: septem milliariis distat a Genuensi, ut refert Jacobus Barcellus ubi supra. Pareat Archiepiscopo Mediolan. ut suffraganea, ut constat ex subscriptionibus Conciliorum Mediolan. f Albanensis Episcopus. Joannem videlicet, cui aliam misti epistolam Innocentius lib. 23. regest. epist. 129. cuius Episcopi vitam, patriamque refert Ughellius tom. 1. Italiae, de Albanens. Episc. n. 37. Ipse Albanensis Episcopus immediate subiectus est R. Ecclesiae, ut ejus originem & historiam referens tradit Ughellius tom. 1. Italiae. g S. Marcelli. Inter alios titulos Cardinalium Presbyterales refert Cohelus in sua notitia, viduali S. Marcelli. h Appellaciones. Quando electio facta, & post appellacionem celebrata fuisset, dixi in c. consideravimus, cap. cum nobis, hoc tit. i Sigillum. De sigillo Capitulari nonnulla dicam in c. dilectis, de excessibus Praelat. j Mediolanen. De Mediolanensi Ecclesia egi in c. cum alic 17. de rebus. k Compromissum. Jam saepius monui in hoc tit. confirmationem Episcoporum olim ad Archiepiscopos spectasse. l Compromissum. Super electione, & lite inde suborta compromitti posse probavimus in c. ad partem 10. de arbitrio. m Conjugale vinculum. Non quia per consensum tantum eligentium, & electi detur verum conjugium, sed tantum initiatum, cap. inter de translat. Episcop. docet Barbofa de iure Ecclesiast. lib. 3. cap. 15. num. 30. dicemus in dist. cap. inter. n Resistere. Contrarium procedit in postulatione, a qua postulantem resistere possunt, quia jus postulatio-acquisitionis non est per postulationem, sicut electio per electionem, ut post antiquiores in praesenti notavit Barbofa d. l. 3. iuris Ecclesiast. c. 15. num. 30.

COMMENTARIUM.

EX hoc textu varias repetentes deducunt assertiones; ego vero ut antiquiorum commentaria omittam, itam disputandam selegi. Morbo epileptico laborans in Episcopum eligi non potest. Probant textus in cap. communitas, dist. 33. quem tam Gratianus, quam Canonensis perperam tribuunt Pio Papae, cum constet esse transcriptum ex Concilio Toletano 11. can. 13. c. in litteris, c. super, c. illud 7. quae. 1. c. in versiculo Non enim, 15. quae. 1. Illustrant Parissus de regn. benefic. c. 6. num. 109. Duarenus lib. 4. de sacris, cap. 4. Selva de benef. 3. par. quae. 5. num. 32. Contrarius de sacer. par. 3. cap. 6.

15 Conclusio traditur

6 Sed licet hac assertio undique munita in tutissima sit canonice sapientia recte constituta, & adversantia tela despicere videatur; tamen insurgunt aliqua, quae radices ipsam evertere conantur, & primum ministrat sequens consideratio. Nam si morbo epileptico laborans eligi in Episcopum non valet, maxime quia sacra munia obire non possent, ne deum beneficium illi, qui officii exercitum non habet, iuxta textum in cap. ex litteris, de excessibus Praelat. sed epileptico morbo laborans possit Missam, & alia divina officia celebrare, c. illud 7. quae. 1. in illis verbis: Ubi temporis, vel loci, sine clerici copia suffragantur, habeat quilibet ille canem Deo, atque sacerdoti, post se usque solaminis adiutorem, ut si aliquo casu ille qui officia implentibus accedit, turbatus fuerit, vel ad terram disius, a tergo semper habeat qui eius vias exequatur intercipit. Ea verba, in terram disius, omnes accipiunt de epileptico: sed Patres Concilii Toletani testantur, posse eos Sacramentum, & divina officia celebrare: ergo epileptici eligi in Episcopos valent. Secundum vibrat telum illud ratiocinium. Nam licet electus in nostra specie aliquando epileptico morbo laboraret, tamen cum ea, quae a morbo naturali non procedunt, perpetua non praesumantur, argumento text. in lege pharaonem 15. q. qui absolvitur, ff. de excessibus Praelat. praesumi non valebat ipsum in eadem infirmitate permanuram, & sic intelligibile esse. Hucque Innocentio bellum indiximus, non spe victoriae, sed ut ejus oppressa veritate, dabilitate concitationis, objectionum spolis splendens postea triumpharet: igitur ut triumpho via sternatur, aliqua sunt praecienda. Primo sciendum est, epilepsiam dici apprehensionem, ex eo quod mentem apprehendat, consueque possideat: fit ex humore melancholico, quoties exuberavit, & ad cerebrum convertit: quae passio quamplurimis nominibus solet explicari: appellatur morbus comitialis, lib. 53. ff. de adilitio editio eo quod comitia interrumpat. Alex. ab Alex. l. 4. Orientalium, c. 3. Perotus in commentariis, pag. 507. ibi: Eph subita species morbi, cui nomen ab illo est, quo fieri a nobis suffragia ista vocant. Satis etenim membris aeri languere caducus, Conciliatis populi laetis horrendis dremis. Ipse Deo memorat debere per tempora laetis Conceptum talis, quem Ioseph natus profudit.

16 Ratio dubitandi.

17 Epilepsia quid.

18 Epilepsia duplex.

19 Traditur ratio decidendi.

officio deleg. c. ad hoc 6. de appellat. ideo epileptico morbo laborans, intelligibilis est, quia cum sit irregularis propter corporis vitium, ratione illius morbi quo affligitur, non post ad sacros ordines ascendere, & per consequens Episcopalia munia obire. Recte ergo in praesenti deciditur, epileptico morbo laborantem non posse in Episcopum eligi, imo si de facto eligatur, electio nullius momenti erit. Docet Valenzuela dist. consilio 25. num. 8. Selva de beneficiis 3. par. qu. 5. num. 37. Nec dubitandi ratio supra adducta adversatur, negamus Episcopum enim epilepticum posse Missae Sacrificium celebrare: nec contrarium probat textus in d. c. illud, quem accipiunt Majolus dist. lib. 2. c. 16. Sayrus d. lib. 6. qu. 8. num. 11. Rosella in summa, verbo Initiatus, de epileptico, qui nec frequenter colliditur, nec spumat, illum enim alerunt celebrare posse in praesentia alterius Sacerdotis. Sed eos resellunt Ugholius de casibus, c. 54. q. 1. num. 3. Gibalinus de irregul. cap. 3. consuet. 8. ex eo, quia textus ille generaliter loquitur de quocumque Sacerdote, qui secum alium habere debet, ut ceptum Sacrificium perficiat, si forte immineat aliqua necessitas, quare hac solutione omisa, alio modo textum illum sececeptum accipiendum existimo, asserendo decisionem illam procedere in quolibet Sacerdote recta valetudine fruente: ille enim etiam si adversa valetudine captus non sit, debet secum alium habere, ob periculum immineas, quia subito potest in terram elidi, aut alio morbo capi, ita ut ceptum Sacrificium perficere non possit, quem Presbyterum adiutorem appellant Aethiopes, ut patet ex auctore Missae illorum, qui reperitur 6. tomo Bibliothecae veterum Patrum, in hac verba: Disicatio: Flebite genus. Populus: Ante te, Domine, stetitimus, & te laudamus. Conductor Sacerdotis sequitur orationem. Igitur textus in dist. c. illud, referendus est ad veterem Ecclesiae morem, cum antiqui religionis Christianae cultores, ne divinus cultus detrimentum pateretur, statuerunt, ut Presbytero Missae celebranti plerumque alius Presbyter adesset, qui vel defunctus, vel graviore casu praepediti Sacerdotis vicem explet, ut docet, & illustrat Viecomes de ritibus Missae tom. 3. l. 1. cap. 21. Illud etiam omnittendum non est, falto textum illum tribui Sotero Pontifici ab Ivone 2. par. Decretis, c. 162. Borchardo l. 3. decretis, c. 73. cum deductus sit ex Concilio Toletano 11. can. 14. Nec augmentum difficultatis obitat, sive secunda consideratio; nam potius semel epilepticos creditur semper laborans eo morbo, donec contrarium probetur. Glossa verbo Solvendo, in hoc textu, Valenzuela dist. consilio 25. num. 34. Unde varii excogitantur modi, quibus cognoscatur epilepticum liberatum esse, licet eos admodum fallibiles dicat Zachias d. l. 8. q. 5. & nos infra dicemus. Cum ergo in praesenti casu non constaret epilepticum liberatum esse ab ea passione, recte asserunt in Episcopum eligi non posse.

Superiori assertioni primo opponitur textus in c. in ius 1. 7. qu. 2. ubi cum quidam clericus morbo epileptico laboraret, Episcopus Vvibariensis consuluit Alexandrum II. utrum illi permittendum esset Missae Sacrificium celebrare? Qui consultationi Pontifex respondit, quod si praedictus Sacerdos eo modo laboraret, ab oblatione, & Missarum celebratione modis omnibus arceatur, si frequenter ea passione vexabatur. Ex quo textu deducitur, epilepticum, qui frequenter non vexatur eo morbo, aut colliditur, posse Missam celebrare, neque ex eo, quod in epilepsiam incidit, privari statim divinorum officiorum celebratione, cum languor in culpa non sit: igitur similiter in praesenti casu Presbyter, qui admodum raro vexabatur, ut aliqui affirmarent eum sanum esse, poterat divina officia celebrare, & per consequens eligi in Episcopum. Pro cuius textus expositione dicendum est, morbo epileptico semel laborantem, etiam si in terram non frequenter cadat, aut collidatur, nihilominus celebrare non posse, donec appareat eum sanum esse: nec contrarium docet Alexander II. in dist. c. 1. quia tantum decidit, quod si sanus sit, quia languor in culpa non est, admittatur ad Missae Sacrificium offerendam; si autem sanus non sit, nequaquam admittatur: sanum autem esse, vel non, cognoscet posse supponit Pontifex ex frequentia lapsus in morbum; & si per aliquam intervalla vexatus non sit, non tamen statim dicitur eum sanum esse: itaque nunquam Alexander decrevit, vexatum epileptico morbo, etiam raro, Missam celebrare posse. Quod adstruitur primo ex ratione decisionis ab ipso Pontifice adducta, ibi, Indecus enim, & particulare est, ut in consecratione Eucharistiae morbo epileptico vitius cadat. Quae ratio etiam militat cum raro vexato, quia tempore Sacrificii cadere potest. Secundo ex posterioribus verbis ipsius Alexandri, ibi: Si vero consuleris de misericordia, quandoquidem non culpa, sed infirmitas est in causa, eum sacrificare non interdiximus. Ubi tunc lacrimare illi permittit Alexander, cum convalescit; supponit enim afflicti hunc morbo, sive frequenter, sive raro, non posse Missae Sacrificium celebrare. Docuit Gibal. d. c. 3. Secundo praesenti assertioni opponitur textus in cap. finali 7. quae. 2. ubi proponitur, Sacerdotem, & alios Parochianos coram Romano Pontifice comparuisse, propoluisseque suam Episcopum morbo caduco, idest epileptico, laborare, ita ut frequenter in terram collideretur: quibus auditis Gelafius Pontifex rescriptit Rustico, & Fortunato Episcopos, ut diligenter inquirerent, utrum praedictus Episcopos aliquando in domo, vel in processione, aliove quocumque loco fuisset frequenter collapsus, voceque dedisset consulas, & spumas ore jactasset, & si id cognosceret, aut

20 Exponitur

21 Exponitur

22 Exponitur

aut probari non posset; cum eo simul habitent per triginta dies, utendo indiscriminate omnibus alimentis, utquequo cognoscatur, verane, an falsa sit parochianorum coniectio. Ex quo Gelasii responso triplex infurgit difficultas contra hucque tradita. Prima ex illis verbis, *noctibus doliſſe conſiſſis, & ſpumas ore iſtaſſe*. Ex quibus depromitur, eum tantum Episcopum, qui collidit, & ſpumas ſaſtatis miniſtrare in Eccleſia non poſſe: igitur ſi hęc non patiat, tantum ob morbum epilepſie non accretur a divinis officiis, & per conſequens in præſenti textu epilepticus, qui hęc non patiebatur, poterat eligi in Episcopum. Secunda naſcitur ex illis verbis, *triginta diebus tecum eſſe conſiſſus*. Ex quibus deducitur, triginta dierum ſpatium aſſignari ad cognoscendam, utrum epilepticus liberatus eſſet ab ea oppreſſione; cum in e. *communiter*, 33. d. ſtatueret unius anni tempus eſſe expectandum. Terciam continent difficultatem illa verba, *Ac caribus indiſſerenter uti compellatur*: ad quid enim dederatur, ut omnibus caribus utatur epilepticus, ut cognoscatur, an ſanus ſit, vel ne? Quibus difficultatibus ut ſuo ordine, & ſigillatim ſaſſificamus; primę reſpondendum eſt negando conſequentiam; nam præterquam quod argumentum a contrario ſenſu deducam, cum ſequitur abſurdum, non admittitur, in eo textu tantum pro-

ponebatur, utrum Episcopum coram R. Pontifice denunciatus revera laboraret morbo epileptico, quod diligenter inquiri jubet Gelasius, & ſigna quibus id cognoſci valeat, reſert; non autem affirmat, Episcopum conſiſſis voces non proferentem, aut ſpumas non ſaſtantes, poſſe divina officia celebrare, ſi vere morbo epileptico laboret. Secundę difficultatis ſaſſificandum diſcrimen conſtituendum inter tempus aſſignatum ad cognoscendam, utrum morbus comitialis ſit an vero demonum vexatio; & inter tempus præſertim ad cognoscendam, an liberatus, & ſanus ſit, qui eo aliquando vexatus fuit. Primo calu anni tempus præſcribitur in *diſſa e. communiter*; ſecundo calu anni triginta dierum ſpatium aſſignatur, quo calu procedit textus in *de e. ſpumas*; docet Maiolos *d. c. 16. n. 5*. Tertię etiam difficultati reſpondendum eſt, omiſſa Gloſſa in *diſſa e. ſpumas*, quę aſſumit, in eo calu Episcopum uti debere omnibus caribus quia hęc carnes prævocant dæmones; dicendo omnium carum cum Episcopis illi inſurgit, quia hęc carnes, & ſimiles morbum epilepticum augent, ut late probant Maiolos *diſſa e. 16. n. 3*. Paulus Zaccarias *diſſa e. 7*. Quare ut cognoſcatur, utrum Episcopum epileptico morbo laboraret, jubet Gelasius ut omnibus caribus indiſſerente uteretur, & veſcetur.

C A P U T XXII.

Idem a Præſentino Episcopo Apoſtolice Sedis Legato.

Udum ad audientiam noſtram quaſtione perlata, quod vacante b. Præpoſitura c. Colonienſis Eccleſiæ, in duo ſe vota eligentium diſſiſſent, cauſam ſuper his dilectis filiis N. de Laci, & L. de Clauro, & G. de Valle Sancti Panheſterdach a abbatibus ſuis eo tenore duximus committendam, ut auditis quaſe præporentur hinc inde, ſi de partium procederet voluntate, diſſinitivam ſententiam promulgarent, alioquin cauſam ſufficienter inſtructam ad noſtram remitterent audientiam, ſuſpenſes partibus terminum competentem, quo per ſe, vel per e. reſponſales idoneas ad Apoſtolicam Sedem accederent ſententiam receptorę. Ipsi vero mandatum Apoſtolicum fideliter exegit cupientes, partes ad ſuam præſentiam convocarunt, receperunt teſtes hinc inde productos, examinarunt eligentium conſcientias, audierunt allegationes utriuſque: & quoniam Præpoſitus f. S. Georgii eorum ſententia ſe tandem aſſeruit nolle ſtare, depoſitiones teſtium hinc inde receptas, & allegationes partis alterius ſub ſigillis ſuis ad Sedem Apoſtolicam deſtinarunt, partibus ſeſſum B. Michaelis tunc primo venturum, veniendi ad Sedem Apoſtolicam terminum præſentem. Et infra: Cumque nuntii Præpoſiti g. SS. Apoſtolorum ad noſtram præſentiam acceſſiſſent, Præpoſitus S. Georgii nec venit, nec miſit idoneum reſponſalem. Et infra: Viſis ergo atteſtationibus, & geſtis iudicum diligenter inſpectis, inventum quod pro Præpoſito SS. Apoſtolorum auctoritas, pro Præpoſito vero S. Georgii numerus eligentium faciebatur, cum primum a XIV. tum b. perſonis, tum Canonice, qui alios dignitate, & ætate, & tempore præcedebant, ſecundus vero a XXIV. fuiſſet electus. Objiciebatur autem Præpoſito S. Georgii minor ſcientia, deſectus ætatis, & quod in minoribus Ordinibus erat conſtitutus. Unde cum præpoſitura illi eſſet Archidiaconatus annexus, nondum erat ei dignitas conferenda, ratione cujus cogebatur infra præfixum a canonibus ſpatium in Diaconum promovetur. Proponebatur autem pro altero, quod erit vir ætate, ſcientia, & moribus commendandus. Unde meliori ducti zelo propter hoc electores ipſius in eum ſe conſeſſi fuerant conveniſſe; & non ſolum ſui, ſed etiam quidam alterius electores eum prædilectorem eſſe præſertim in ſpiritualibus, aſſerebant; quamvis alium magis utilem, maxime circa temporalia, propter potentiam, fuerint proteſtati. Cum autem allegationes pro eodem Præpoſito S. Georgii coram iudicibus ipſis propoſita, nobis fuerint præſentata, propter quod non potuimus ſcire per nos, quod obicerent, vel quod reſponderent ad obiecta; ſicque cauſa remiſſa non fuerit ad eos ſufficienter inſtructa, ad diſſinitivam ſententiam non duximus procedendum, ſed deſiſtentes iplius cauſe dilectis filiis; S. Gedeonis, & S. Severini Præpoſitis, & Decano k. Bruenſis, ſub ea forma potius committendam, ut vel ſi notorium eſſet, vel per ea que jam dicta erant, conſtaret quod præpoſitus S. Georgii in electionis tempore pateretur, vel in Ordinibus, vel in ſcientia, vel ætate deſectum, qui cum juxta ſanctiones Canonum impedirent ad huiſmodi officium promovetur, ei ſubſtato appellacionis obſtaculo, non obſtante ipſius abſentia corporali, ſilentium imponentes, Præpoſito SS. Apoſtolorum præpoſituram adjudicarent eandem, & eum in poſſeſſionem corporalem mittentes eum pacifica facerent poſſeſſione gaudere. Alioquin cum in eum non ſolum plures, ſed dua pene partes convenirent, & impedimentis ceſſantibus apparet, quod cum bono zelo elegerunt, Præpoſiti SS. Apoſtolorum electione caſata, appellacione ceſſante, auctoritate noſtra fuſſiſſet electionem confirmarent ipſius, & ei facerent Præpoſituram aſſignari prædictam, & de cetero tanquam Præpoſito reſponderi.

NOTÆ.

Præſentino. ) Ita legitur in hac ſexta collectione, & in tertia ſub hoc titulo cap. 7. ſed ita ſupplenda eſt ex hiſtoria illius temporis: Idem Gildoni Archiepiſcopo Rhemonſi, & Cardinali Episcopo Præſentino, Apoſtolice Sedis Legato. Guido iſte ab Innocentio III. Legatus miſſus fuit in Galliam, & tunc profectus eſt Coloniam, ubi noſtri textus caluſ contigit, & etiam textus ſequentiſ, qui ex his accipit lucem. De hac legatione ita reſert Abraham Bzovius anno 1206. numer. 25. Hoc eodem anno Innocentius Pontifex Gildelmann Conitem Bleſenſem, Archiepiſcopum Rhemonſem, Episcopum Cardinalem Præſentinum, Legatum in Germaniam in cauſis graviffimis deſtinavit, & inter alia negotia, quę Colonie profectus eſt, ſchiſma poſt Conradum Carthiniſ Sabini mortem in Eccleſia Moguntina exortum tulit, cum Leopoldum ex Vvormatiensii Episcopatu a Philippo Rege Inſtratum reſcribiſſet, & Sigifridum a minori Canoniarum parte electum confirmat. Ea legatione ſummum cum honore perfunctus totius Gallie Legatus a latere factus paulo poſt ex humanis exceſſit, ut reſerunt Fratres Sarmat. tom. 1. Gallie Chriſt. fol. 519. Plura de eius legatione Illuſtriſſimus Marique tom. 3. annalium, prædico anno 1206. numer. 1. Huius Cardinalis mentio ſit in capitul. ſequentiſ, & in capitul. cum dilecti 6. de dolo, & contumacia, cap. in cauſis 19. de re iudicata.

b. Præpoſitura. ) Adolphus de Altenao Brunois frater, poſt fratris reſignationem in Archiepiſcopum Colonienſem aſſumptus eſt, qui poſtea julla Innocentio III. per Archiepiſcopos Moguntinum, & Cameracenſem depoſitus fuit anno 1205. ut reſert Merſelius in annal. Archiepiſ. Colon. fol. 67. Iſte Adolphus

Præpoſitus Colonienſis erat, unde per aſſeſſionem Archiepiſcopatus vacavit dicta Præpoſitura, qua ut probavi in e. cum in cauſis 7. §. 1. hoc titulo, per adeptionem Episcopatus vacant omnia beneficia antea obtenta.

c. Colon. ) Male in hac ſexta collectione legitur Colocem, cum Colocenſis Eccleſia ſit in Hungaria, ubi Legatus Præſentinus naquam pervenit. De ea Eccleſia egi in e. bone 2. de poſſulas. Prælat. Cum ergo Colonienſis Eccleſia ſit in Germania, ubi Cardinalis Præſentinus Legationis officio fungebatur, recte retinetur Colon.

d. Abbatibus. ) Non autem delegata fuit hac cauſa Archiepiſcopo Colonienſi, quia his temporibus, & per duodecim annos valde turbatum erat illius Eccleſiæ regimem, depoſito Adolpho.

e. Reſponſales. ) Id eſt procuratores, ut ſape ſæpius notavi in his Commentariis.

f. S. Georgii. ) Eſt Eccleſia in ipla civitate Colonienſi, ſub titulo S. Georgii.

g. Sanctorum Apoſtolorum. ) Sanctus Herbertus Colonie erexit Baſilicam ſub nomine Sanctorum Apoſtolorum, quam Piligrinus Colonienſis Archiepiſcopus auxit, & 40. canonicis dotavit, de qua Eccleſia agit Merſelius ſuſpra, fol. 45. Huius Eccleſiæ Præpoſitus electus fuit in Præpoſitum Colonienſem.

h. Perſonis. ) Perſona que dicantur jure canonico, expoſuit in e. ad aures 8. de reſcriptis.

i. Spatium. ) Quod ſit hoc tempus a canonibus præſcriptum, expoſuit in capitul. cum in cauſis, §. inferiora, hoc titulo.

j. S. Gedeonis. ) Legendum eſt S. Gereonis; eſt enim Colonia celebre templum S. Gereonis primo Episcopo illius Eccleſiæ.

cleſia dicantur a S. Helena, ut teſtantur carmina, quæ ante valvas iplius Eccleſiæ inſculpta ſunt.

Regibus exemplum, ſæpique chariſmate plena  
Conditit hoc templum S. Gereonis Helena.  
Paganæ nata, Judoſa ſit, inde tenentis,  
Ioveneris ſancie Crucis alio Pneumate ſtante,  
Septuaginta duo Collegia fundat amara,  
Datam perpetuo Conſtantis mater Helena.

k. Bruenſis. ) Legendum Bruenſis, quæ Eccleſia eſt in Germania, hodie Archiepiſcopalis, olim vero ſuffraganea Eccleſiæ Colonienſis, ut notat Cironius in e. 1. de ſacramentis non interandiſ, in 3. collecti.  
l. Abſentia. ) Cum enim fuiſſet citatus, & contumax, juſte poterat etiam abſens damnari, e. prout, de dolo & contum. c. quoniam, §. porro, ut lite non conteſſi, e. per tuas 58. de appellat. Docent pro noſtri textus interpretatione Balboa in e. 1. nu. 89. de cauſa poſſeſſionis.

C A P U T XXIII.

Idem. Canonice a Moguntiniſ.

Bona memoria C. b. Moguntino Archiepiſcopo Sabin. viam univerſe carnis ingreſſo, cum vota veſtra ſe in varia diſſiſſent, quibudam petentibus e. Vvormatiensium Episcopum, quibudam vero venerabilem fratrem d. noſtrum nunc Archiepiſcopum veſtrum, tunc Præpoſitum S. P. Moguntini, ſibi eligentibus in Paſtorem: dilectus filius Magiſter P. Scholaſticus Moguntinus cum quibudam aliis, pro illis, qui Vvormatiensium Episcopum poſtularunt e, procurator ad Apoſtolicam Sedem acceſſit; pro aliis vero dilecti filii E. & R. clerici venerunt, quorum alter inſtitutus fuit procurator. Partibus igitur in noſtra præſentia conſtitutis, & in eis in conſitorio noſtro diligenter, & ſufficienter auditis; de conſenſu Fratrum noſtrorum venerabili fratri noſtro f. Præſentino Episcopo Apoſtolice Sedis Legato dedimus in mandatis, ut ſi eundem Episcopum quoad temporalia, ſive ſpiritualia recepſiſſet conſtare Eccleſiam Moguntinam, vel miniſtraſſet in temporalibus, aut in ſpiritualibus in eadem, prout obſectum fuerat ex adverſo, poſtulationem factam de ipſo, ſubſtato cuiuſcumque appellacionis obſtaculo, irritam nuntiaret, de gratia noſtra concedens eidem, ut Vvormatiensium ſibi Eccleſiam retineret. Nam de jure communi, quia præter auctoritatem noſtram tranſire præſumpſit, utraque g. tractu ſpoliandus, ut & ea careat, de jure communi, quia præter auctoritatem noſtram: quod ſi parere contemneret, utraque ipſum denuntiare Eccleſia auctoritate noſtra privatum. Deinde inquireret de electione iplius Archiepiſcopi diligentius veritatem; & ſi ei de vi, quam ipſe, & ſui b. merebant, conſtare, eo non obſtante, quod poſt appellacionem ad nos interpoſitam in iplius fuerat electione proceſſum, cum alii qui appellacioni ad nos interpoſitæ non duxerant defendendum, uti contra ipſum hac exceptione non poſſent; quoniam fruſtra legis auxilium invocari, qui committit in legem: unde nec ab eis poſſe obijci videbatur, quod idem eſſet a paucioribus ſecundum eorum aſſerentem electus, cum ipſi appellacionem ad nos legitime interpoſitam contemnerent, & præter licentiam noſtram recipientes iplius memoratum reddiderint ſe indignos, electionem Archiepiſcopi, dummodo nihil obſtare de canonicis inſtruitis, ſubſtato appellacionis obſtaculo, confirmaret. Quod ſi nec recepſiſſet prædictam Eccleſiam quoad temporalia, vel ſpiritualia, nec in ſpiritualibus, vel temporalibus miniſtraſſet Episcopum memoratum conſtare, idem Legatus audiret, quæ ſuper poſtulatione iplius, & electione Archiepiſcopi proponerentur: huiſmodi teſtes utriuſque reciperet, & eorum depoſitionibus publicatis, utque ad calculum diſſinitivæ ſententia procedens, geſta omnia ſub ſigillo ſuo ad noſtram præſentiam deſtinaret; ſtatens partibus terminum competentem, quo Apoſtolice ſe conſpectu repræſentarent ſententiam receptorę. Licet autem eſſent notoria, quæ fuerant contra dictam Vvormatiensium Episcopum, & eius ſauctores obſecta, prædictis Legatus ad majorem cautelam multos, & magnos teſtes recipere, & eorum depoſitionibus publicatis, qui ſuper prædictis depoſuere i jurati. Unde ipſe juxta mandati noſtri tenorem procedens, poſtulationem factam de Vvormatiensii caſſavit, & electionem Archiepiſcopi memorati curavit auctoritate Apoſtolice confirmare, ipſumque ordinavit in k. Presbyterum, & tandem Episcopum conſecravit: ipſe autem humiliter ad noſtram præſentiam accedens ſuppliciter poſtulavit, ut j. pallium ſibi, videlicet inſigne Pontificalis officii, de conſuetudine Sedis Apoſtolice benevolentia conferrentur. Verumquidem nuntius ab adverſariis eius ad Sedem Apoſtolicam deſtinatus, ex eorum parte apertas nobis literas cum pendente ſigillo præſentavit, per quas videm ſignificavit Canonice, quod prædictus Legatus corruptus pecunia iniquam ſententiam protuliſſet: & addebat etiam, quod Moguntini cives pariter juraverunt, quod eum nunquam haberent m. Episcopum, & quod univerſi Clerici, pauci exceptis, ſuo ſavebant electo. Cum autem ſuper his ceſſiſſemus de liberare eum Fratribus noſtris, electionis ejuſdem Archiepiſcopi duo videbantur obſtare, videlicet quod a pauciffimis, & poſt interpellationem a ſeipſo dicebatur electus; nam cum poſtulatione Vvormatiensium Episcopii fuerit præcedens appellacionis ratione caſata: Archiepiſcopi electio debebat etiam ex eadem cauſa caſari: ſed econtra, ſicut ſuperius eſt expreſſum, qui in appellacione deliquerant, appellacionem contra eundem Archiepiſcopum non poterant allegare. Poteſt quoque dici, quod eſſi poſt appellacionem, non tamen contra eundem appellacionis fuiſſet electus Archiepiſcopus ſepediſtus, cum appellaretur in hac forma, ne Canonice Moguntini reſidentes ſine ipſo, & ſociis iplius haberent in electione proceſſum. Nec nocet, quod poſſet ex parte altera replicari, quia nec ipſe, nec ſocii ſui debuerant procedere ſine ipſiſ; quia ipſi ad nos interpoſitam appellacionem contemnendo, reddiderant ſe indignos, & abuſi fuerant jure ſuo. Unde cum in o. Lateranenſi Concilio de iis, qui quãdam perſonas inſubitas eligunt, ſit ſtatutum, ut eligendi tunc poteſtate privatos, & ab eccleſiaſticis beneficiis triennio noverint ſe ſuſpenſos, illis pro ſonge majori delicto, tanquam indignis, ab electionis poteſtate cadentibus, penes eundem, ac ſocios ſuos tantum jus remaneret eligendi. Quia ſi multo pauciores in ipſum conveniſſent, intelligendum eſt tamen, quod omnes qui tunc eligere poterant, elegerunt eundem. Contra Legati vero proceſſum hoc facere videbatur, quod dicebat, in loco ſuſpecto, & non citatis Vvormatiensium Episcopum, & eius ſauctoribus proceſſiſſe. Porro juxta canonicas ſanctiones exceſſus notorius examinatione non indiget, & pro his quæ a iudice ſunt acta, præſtitunt quod omnia rite fuerint celebrata, quamvis, & quod citari non fuerint, non poſſent de facili comprobare, quia negantis factum ſecundum rerum naturam nulla eſt p. probatio. Cum eſſi quilibet de ſe poſſet aſſerere, quod ad eum citatio minime perveniſſet, ſingularem tamen veſtrum eſſent in ſuo teſtimonio ſingulares; ſicut nuntium deſtinatum, quemadmodum ex iſtorum ad q. hos directis literis comprobatur, qui ſecure ad eundem Legatum acceſſit, & ad propria remeavit; cum, & ipſe Legatus paratus fuerit, ſecuritate omnimodam providere, nec obſtet quod idem nuntius dicitur appellatſe, cum appellacioni renuntiaverit, & in commiſſione noſtra, quam pars reportavit utraque, obſtaculum fuiſſet appellacionis amorum. Sed nec apparebat etiam, quod contra factum Legati quidquam poſſet obijcere, ac probare; cum non procurator ſufficiens, ſed ſimpliciter ad nos contra prædictum Archiepiſcopum fuiſſet nuntius deſtinatus. Et infra: Nos igitur, eſſi propter auctoritatem iudicariam præſumamus pro iis, quæ acta ſunt a Legato, illi tamen poſt inſtitutum rationi, quam quod adverſarii Archiepiſcopi ex tribus cauſis prædictis ſe uſque adeo reddiderunt indignos, quod contra eum non debeant audiri. Unde quod de ipſo factum fuerat, non poterat per eos impedi, quin etiam electores ejuſdem pariter deliquiſſent, & ſe reddidiſſent indignos, ad nos devoluta fuiſſet hac vice ordinato Moguntine Eccleſiæ, quia dictum Archiepiſcopum ſine juriſ injuria potuiſſemus eidem Eccleſiæ præſerere in Paſtorem, præſertim cum per l. Legatum Apoſtolice Sedis fuiſſet in Moguntinum Archiepiſcopum conſecratus. Super his ergo cum Fratribus noſtris habito diligenti tractatu, de iſtorum conſilio caſationem poſtulationis factæ de Vvormatiensii Episcopo ratam habemus, & electionem Archiepiſcopi memorati auctoritate Apoſtolice duximus confirmandam.

NOTÆ.

Moguntia. ) Ita etiam habetur in tertia collectione, ſub hoc tit. c. 8. Moguntia ut celebris Germania Metropolis reſeretur a Cornelio Tacito lib. 4. hiſtoria, Prolomeo

lib. 2. c. 9. Ammiano lib. 15. Athanaſio apologeta, Hieronymo in ep. ad Gerontium, Eccleſia Cathedralis decoratur a temporibus Sancti Grefcentii Apoſtoli Germaniæ, a Div. Paulo miſi ut reſert Bucherus lib. 3. Belgii Romani, c. 1. n. 4. Inter duas Germaniæ provincias præcipua eſt Moguntina, Franci

clia Imperii incluta Sedes. Gothofridus Viterbiensis in chron. part. 17. de Episcopo, ibi:

Inle Moguntina patria remeavit ad oras Regia Francorum qua tunc erat incluta sedes.

Tandem S. Bonificii temporibus Germanix primatum confecta est ut memoria addidit Marianus Scotus in Pipino, ibi: Pipinus in ecclesia Suevorum a S. Bonifacio Archiepiscopo in Regem unctus, Regni honore sublimatus est, & deinde ob id post Paganum secundum habuit Moguntinus Archiepiscopus usque in hodiernam diem, Mariano suffragatur V. Villibaldus auctor vitæ S. Bonificii, c. 44. Moguntinensis, qua prius alteri subiecta erat, Metropolitani omnium in Germania postquam Ecclesiarum officio, mox Legatione facta, illud a Præfule Apostolice Imperatoris. Idem etiam referunt Surius die 5. Junii, Petrus Kratopolitanus in catalogo, Præfulem ipsius Ecclesie. Plura de hac Metropoli adducunt Philippus Berterius diatriba 2. fol. 213. Hallicus de hierarch. iustit. l. 4. c. 24. fol. 644. Huius Ecclesie Canonice missa est præfens decralis, & eius Præfibus textus c. 2. de transitu. Episcopi. In hac epistola, quam se habere MS. testatur Franço Flores, sequuntur hæc verba: Nobilium virorum Philippum Ducem Suevicæ memoratis, ut se præfide Archiepiscopo non opponat, & quoniam Moguntinam Ecclesiam, tam in spiritibus, quam in temporalibus salubriter valeat gubernare. b. c. Moguntina. ) Conrado videlicet, Comite de Vitebach, fratre Othonis, qui eo quod Octavianum Cardinalem tituli S. Cæcilie notiam referunt pro R. Pontifice, Romam properavit, & in eius locum successit fuit Sabiniensis Episcopus: quo defuncto Christianus Comes de Buche electus fuit; & cum sedisset per 18. annos, decessit anno 1172, & tunc rediit e Roma Conradus iam Episcopus Sabiniensis, qui suum Archiepiscopatum gubernavit 16. annis. Unde intelliguntur verba, quæ sequuntur in nostro textu, ibi: Moguntin. Archiep. Sabini.

C A P U T XXIV.

Idem Clericis Sanctæ a Agathe.

Querelam dilecti filii G. tit. b. S. Vitalis, nunc Presbyteri, tunc S. Mariz in Acquirio Diaconi Cardinalis, quam e œconomus Ecclesie vestre, cuius idem Cardinalis est gubernator, contra P. nunc Presbyterum, tunc vero Diaconum, super Ecclesia Sancti Salvatoris, d. qua dicitur de Cornuti, coram bona mem. prædecessore nostro proposuit, ipse nobis in minori officio e constitutus audiendam, & examinandam commisit. Petebat igitur idem œconomus, ut præfatus Petrus ab Ecclesia S. Salvatoris, quam in præiudicium Ecclesie vestre, ac injuriam Cardinalis prædicti præsumperat occupare, removeretur; cum ipsa Ecclesia Sancti Salvatoris f. plebano iure pertineat ad Ecclesiam Sanctæ Agathe; petens etiam pensionem xvi. denariorum & Papiensis monete, debitam Ecclesie Sanctæ Agathe pro Ecclesia S. Salvatoris, & b. Thernis, sibi restitui de novo substractam. Prædictus vero P. clericus respondit, quod ipse nullam injuriam irrogaverat Cardinali, nec in præiudicium Ecclesie Sanctæ Agathe acceperat Ecclesiam S. Salvatoris; cum hæc ad illum nullo iure pertineat: nec aliquam illi debebat reddere pensionem; sed ipse per electionem populi, quæ de antiqua consuetudine ei pertinet, ad eundem A. Cardinalem S. Suffanzæ præfatus, cui eadem Ecclesia S. Salvatoris, tamquam Capella suo titulo in spiritualibus est subiecta, canonicè fuerat institutus. Cumque ad suam assertionem probandam utraq. pars testes multos produxisset, nos illos recepimus, & examinavimus diligenter, quorum depositionibus publicatis disputationem avidimus super illis: sed nequam huiusmodi controversia finem accipere potuisset, præfatus prædecessor noster debitum carnis exsolvit. Demum vero a nobis utraq. pars cum instantia postulavit, ut causam ipsam decidere dignaremur. Nos igitur attestantibus ac instrumentis utriusque partis diligenter auditis, & plenius intellectis, habito fratrum nostrorum consilio, prædictum Presbyterum ab impetitione œconomi i vestri super electione, ac institutione de se facta in Ecclesia S. Salvatoris absolvimus, & super his præfato œconomo silentium duximus imponendum. Cumque per testes idoneos nobis confiteretur evidentem, quod populus quasi in k possessione præfentandi clericum ad illam existeret, quando prædictum clericum ad illam elegit; & eadem Ecclesia spectat ad titulum S. Suffanzæ in spiritualibus pleno i. iure, salva questione super iurepatronatus inter Ecclesiam vestram, & populum Sancti Salvatoris; quia per testes omni exceptione maiores fuit liquido comprobatum, quod pensio xvi. denariorum dicte Papiensis monete fuit Clericis Ecclesie vestre pro Ecclesia S. Salvatoris, ac Thernis annuatim per multa m tempora persoluta, sed de novo subtracta, nos in eundem statum præcipiendi huiusmodi de Ecclesia S. Salvatoris, & Thernis Ecclesiam vestram decrevimus reducendam; & ad solutionem pensionis substractæ condemnavimus Presbyterum antedictum, salva questione n proprietatis inter Ecclesiam memoratas.

N O T A.

a S Agathe. ) Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 9. ex qua textum transcribo. Duplex Ecclesia Romæ dicata est S. Agathe, alia quæ in titulum Cardinalis S. Agathe erecta est, alia trans Tyberim, iuxta Ecclesiam S. Chrylogoni, quæ dicata fuit a Gregorio III. anno 731. hodieque est collegialis Patrum Congregationis Doctrinæ Christianæ, ut refert Munnoz de rebus memor. Romæ, pag. 55. b S. Vitalis. ) Presbyter Cardinalis, qui habebat titulum ab Ecclesia S. Vitalis, quam reparavit Sixtus IV. sed Clemens VIII. eam abilitat, concessitque Patribus Societatis Jesu.

c Œconomus. ) De eius officio agimus in c. cum vos, de officio Ordinarii. d Quo dicitur de Cornuti. ) Existimo legendum esse, de Curia: Ecclesia enim S. Salvatoris, vulgo de la Corte, est iuxta Ecclesiam S. Agathe; de qua in nostro textu agitur Munnoz ubi supra pag. 55. e Officio constitutus. ) Erat enim Innocentius temporibus Celestini III. Presbyter Cardinalis, ut dixi in cap. cum inter, 16. hoc tit. f Plebano iure. ) Idem Parochiali: parochi enim dicuntur Plebani; & parochia Plebana, ut dicemus in titulo de Parochiis, & notavit Pilefacus in tract. de orig. Parochiarum. Cum Eccle-

Ecclesia S. Agathe esset Parochia, intendebat sibi subiectam esse Ecclesiam S. Salvatoris de la Corte. g Papiensis. ) Quorum quilibet valet tres Lucentes: hæc moneta in usu erat Romæ, & Mediolani. h De Thernis. ) Thernæ apud Romanos dicebantur adificia magna habentia cryptas, ubi balnea frequentabantur, & fumeabant. De his thernis, tam publicis, quam privatis, plura adducunt Munnoz in antiquitat. Romæ, c. 26. Demosthenes ad Solinum lib. 1. c. 14. Panciola lib. 1. variat. c. 50. c. 52. Saluinius ad ipsam lib. 1. memort. tit. 28. Chockier in face histor. cap. 5. Narbona anno 14. qu. 39. Savarus ad Sidonium lib. 2. epist. 2. Casubon, in Spartianum, fol. 54. Serlogus c. 2. in Cantica, vestigat, 30. sed. unica. i Electio. ) His verbis docti videtur, iurpatronatus longa possessione acquiri posse, quod & suadet ex c. cura, de iurpatronatu. & docuerunt Covar. in regula Possessor, 2. par. 5. 10. num. 2. Fachineus lib. 8. contrav. cap. 24. Phebo de hereditate 213. Sed contrarium sententiam docuerunt Lambertinus, & alii, quos sequitur Balboa in cap. ad avarum, num. 34. de prescript. pro casus difficultatis solutione diximur est constituendum inter casum, in quo laicus intendit prescribere acquire iurpatronatus contra Ecclesiam liberam; & casum, in quo intendit prescribere contra patronum laicum. Primo casu non potest prescribere, nisi per spatium quadraginta annorum, accedente bona fide, & iusto titulo, argumento textus in c. 1. de prescrip. lib. 6. Secundo vero casu, cum prescriptio procedat non contra Ecclesiam liberam, sed contra patronum, tempus ordinarium sufficit, ut docet Balboa in dict. cap. causam, numer. 34. Nec contrarium probat prescriptio, qui procedit in consuetudine, non vero in prescrip. tione; quo modo etiam accipiendus est textus in cap. generali, hoc tit. in 6. neque etiam textus in dict. c. cura, ad versatur, quem ut exponat post Lambertinum Balboa in dict. cap. causam, num. 37. asserit in ejus specie non agi de laico acquirente iurpatronatus virtute prescrip. tione; sed de clerico, qui cum titulo invalido intendebat beneficium Ecclesiasticum acquirere: sed ea sententia omnia, veram ipsius textus interpretationem in ejus commentario alligabimus. j Œconomus. ) Licet enim iure civili attentato, ut sententia legitime profertur domino abente, debeat proferri in procuratorem; qui per litem constellationem dominus factus est, l. penultima, ff. iudicat. solvi, lib. 1. C. de sent. & inter. iure tamen nostro canonico, vel in personam domini, aut procuratoris potest proferri. Abbas in præfati, Valtreus de iudicis lib. 3. c. 11. num. 20. k Quasi in possessione. ) Recta cum proprietate; nam incorporata, ut sunt jura, tangi, neque apprehendi possunt, principio Instit. de rebus corpor. Lucretius lib. 1. ibi: Tangere autem, nam tangi nisi corpus nulla potest res. Unde cum possessio sit rei detentio, & factam contineat, in rebus incorporalibus non datur vera possessio, l. 3. in princ. ff. de acquirenda poss. leg. si ade 32. ff. de servit. urb. l. 4. §. si viam, ff. de usur. datur tamen in illis quasi possessio, l. ult. ff. de servit. quæ per usum, & adversarij patientiam acquiritur, l. 3. §. dare, ff. de usufructu, l. si ego 111. §. ff. de publiciana: docet Olvaldus l. 20. comment. Donelli, c. 1. littera, F; Valentia tom. 2. illud. tr. 2. c. 2. in fine.

l Plebano iure. ) Cardinalis enim in Ecclesiis, ubi titulum habent, & in capellis illis subiectis obtinent omnimodam iurisdictionem, cap. his, de majori, c. obed. Habent etiam jus conferendi omnia beneficia vacantia in prædictis Ecclesiis, absque eo quod talis collatio subiacatur dispositioni Bonificii VIII. de qua in c. qualiter, in principio, hoc tit. lib. 6. nec regulæ secundæ Cancellariæ, ut docet Ludovicus Gomez in regula de rionnali, q. 31. Plaminus Parisius de resign. lib. 7. q. 11. Coelius in notitia Carl. c. 15. privilegio 14. m Per multa tempora. ) Ex iterata enim solutione præfati tituli sensu constitutus, ita ut in futurum debeat; & qui per triennium exegit pensionem, seu redditus census, habet jus eos exigendi in futurum, l. cura de in rem vers. 6. ff. de usuria leg. creditur 7. Cod. eod. tit. leg. 1. Cod. de usur. pro marito, Gilianus in dicta leg. 1. Cod. de fidei committ. Merillus l. 2. observ. c. 29. Genua in constitutione legum, fol. 624. in par. vici, Amay, in l. 3. Cod. de apochis, l. 18. Faber l. 7. consuet. c. 9. Hennius ad Transitorium volum. 2. disp. 3. qu. 13. Pacius centuria 4. q. 44. Schifordeg. ad Eudem tr. 15. q. 5. Ex præfatis Cencius de consens. 2. par. c. 2. q. 4. m. 6. plures congesti a Pareta de iustitiam, edit. tit. 7. resol. 3. ubi late probat hanc exactionem trium annorum probandam esse per tres apochas ultimas: & nos dicemus e. p. p. n. de consens. n Proprietatis. ) Ex his verbis manifeste deponitur, in exactione census, seu pensionis dari duplex iudicium, possessorem, & petitorium, quod late docuerunt Marecosius l. 1. variat. c. 11. n. 11. Posthicus de manus. observ. 37. n. 2. Noguierol. allegat. 28. Accedit, nam si cum agitur contra electum, super proprietate lis diceperetur, Ecclesia diu vacaret, & electionis effectus protraheretur cum magno Ecclesie damno, c. 2. de consens. preb. c. oblata 57. in fine, de appellat. Igitur recte Coelestinus in præfati decrevit, sufficere electo docere patronum fuisse in quasi possessione præfentandi.

COMMENTARIUM.

EX hoc textu talis deducitur assertio: Sufficit electo ad obtinendum beneficium probare eligentem esse in quasi possessione eligendi tempore electionis. Probat textus in c. cura in Ecclesia, c. cum litris, de causa possessionis, c. consuetudine, de iurpatron. c. cum dicitur 7. eod. tit. c. cum Bertholdus, consuetud. licet, de re iudicata. Consonat lex q. tit. 15. parva 1. illustrant Selva de

benef. 2. par. qu. 7. Corrañus eod. tit. 2. par. c. 5. Durænius de iustit. l. 3. c. 9. Garcia de benef. part. 5. c. 5. Covar. in præfati, c. 14. n. 2. c. in reg. Possessor, 2. par. in initio, nu. 6. Cabedus de patronatu, c. 7. per totum, Lotherus de benef. l. 2. c. 45. n. 2. Posthicus de manus. observ. 37. nu. 16. Carolus Marra 1. 3. contrav. resol. 44. n. 34. & resol. 6. nu. 6. Noguierol. allegat. 18. n. 137. Gratianus dist. 1. 310. nu. 76. Alios more suo adducunt Præceptor lapsus laudatus D. Franciscus Ramos in suo memorabili, propof. 1. n. 5. c. 2. n. 4. Sed pro ratione dubitandi sic argumentor: Licet cum agitur iudicio possessore possessor manuteneudus fit, tamen cum jus reficit possessori, ita ut habeat notorium defectum tituli in proprietate, manutentio non datur, docent Paz de tenentia, c. 2. nu. 21. Posthicus de manus. observ. 43. per totum, Menochius de reu. rem. 3. n. 18. Minidius de iustit. 12. tom. tit. 7. Valenzuela consil. 93. ex n. 13. & consil. 151. nu. 70. Barbosa voto 42. 49. 52. 54. c. 106. sed in specie huius textus dabatur notorius defectus tituli in proprietate, quia jus reficitur possessori: ergo virtute possessionis electus defendi non poterat. Probatur minor, nam laicis aperte denegatum est jus eligendi, seu conferendi beneficium Ecclesiasticum, c. si quis dicitur, c. per laicos, 16. q. 7. c. preterea, de iurpatron. sed possessores in præfati laici erant, parochiani videlicet S. Salvatoris: ergo nec virtute possessionis iniuste, & contra jus electio ab illis facta defendi poterat: præcipue nam licet præfentatio ad fructus possessionis iurpatronatus spectet, c. cum 18. c. consuet. 19. de iurpatron. tamen iniusti possessores fructus non percipiunt, leg. nemo 22. de acquir. rer. dom. l. si quis liberum 20. ff. de prob. l. 1. ff. de ultim. voluntatibus, l. communi 7. §. inter §. communi divid. l. 1. §. sed per eum 6. l. cum heredes 23. §. n. cum leg. §. ff. de acq. possessione, l. improba 7. leg. nemo 10. Cod. eodem tit. Ab specie probat textus in c. ex infirmatione 14. iuncta ejus integra, de iurpatron. ergo nullo ex capite electus a laicis in nostro textu defendi poterat ratione quasi possessionis eligentium. Accedit, nam consuetudine introduci non potest, ut qui jus non habet conferendi beneficium, illud conferat, c. ex frequentibus, de instit. igitur populus in nostra specie non potuit consuetudine acquirere jus conferendi Ecclesiam, seu beneficium Ecclesiasticum. Hac difficultate minime refragante, vera est tradita assertio, cuius decisiva ratio eo progrevit; nam qui in possessione rei est, illius verus dominus censetur etiam si talis non sit, leg. 2. c. 4. Cod. de prob. leg. litibus, c. de agricolis, l. 11. & qui possidet, plenus jus habet, quam ille, qui intendit dominus esse. Unde maximum esse possessionis commodum, deciditur in §. commodum, Instit. de interditiis: quare præfentatus ab eo qui est in quasi possessione præfentandi, præfatur præfentatio a proprietario, ut docent Roehus de Curte de iurpatron. verbo competens, numer. 34. Gutierrez consil. 4. 32. Selva de qualitat. præfentatis, numer. 51. Accedit, nam fructus rei possessæ spectant ad bonæ fidei possessorem, lib. h. na fidei, ff. de acquirendo rer. dom. c. gravis, ubi dicimus, de restit. spol. sed præfentatio ad beneficia enumeratur inter fructus iurpatronatus, ut supra probavi, & docet Lælius Manicus Gualianum c. 91. ergo qui est in quasi possessione eligendi, seu præfentandi ad beneficium, potest sua possessione uti, & ab eo præfentatus tantum teneat docere patronum esse in quasi possessione tempore ultima præfentationis: hæc autem quasi possessio acquiritur unica præfentatione, c. cum olim 7. de causa possessionis; & sufficit electo ad manutentionem probare unicam præfentationem, argumento textus in leg. 1. §. quod autem, ibi: Vel una die, vel nocte, factis aqua pluri, docent Posthicus de manus. observ. 32. Covar. præf. c. 14. n. 2. præcipue ultimam, quia ad manutentionem attendimus ultimum statum possessionis, quæ fuit tempore turbationis, & retinenda 4. de interditiis, c. licet 9. de probat. textus formalis in c. cum Bertholdus 18. versis. Licet, de iurpatron. docet eximius Præceptor D. Franciscus Ramos dicto propof. nu. 6. & plura de requisitis ad probationem possessionis iurpatronatus adducunt Gonzalez ad regulam 8. glossa 18. nu. 86. Vivianus in præfati iurpatronat. part. 2. lib. 5. c. 2. Garcia de benef. 5. par. c. 6. n. 67. Posthicus de manus. observat. 37. n. 2. Noguierol. allegat. 28. Accedit, nam si cum agitur contra electum, super proprietate lis diceperetur, Ecclesia diu vacaret, & electionis effectus protraheretur cum magno Ecclesie damno, c. 2. de consens. preb. c. oblata 57. in fine, de appellat. Igitur recte Coelestinus in præfati decrevit, sufficere electo docere patronum fuisse in quasi possessione præfentandi. Nec obstat dubitandi ratio supra adducta, cuius majorem concedimus, minorem autem negamus: nam licet laici non possint conferre Ecclesie beneficia, ex iuribus supra citatis, tamen patroni, quia iurpatronatus habent, possunt præfentare presbyteros ad eas Ecclesias, in quibus obtinent iurpatronatus, ex toto tit. de iurpatron. unde cum in præfati parochiani essent in quasi possessione præfentandi, & iurpatronatus in Ecclesia S. Salvatoris, ideo illis jus non reficit; imo suffragatur cap. generalis, hoc tit. l. 6. Fachinus l. 8. contrav. c. 24. Neque textus in c. ex frequentibus, adversatur, qui loquitur in institutione, non vero in præfentatione. Unde licet jus instituti in beneficiis Ecclesiasticis, consuetudine acquiri non possit, tamen jus præfentandi consuetudine acquiri valet, ut supra probavi: docet per interpretationem illius textus Lotherius dist. c. 45. n. 28. Primo superiori assertioni opponitur textus in c. 2. de in integrum restit. ubi monachi erant in quasi possessione juris eligendi Abbatem in suo monasterio, ut docent ex eo textu Glou. l. 1. var.

Ratio dubitandi.

Ratio decidendi.

Incognitus cap. 2. de in integr. restit. l. 1. var.